


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


HARVARD LAW LIBRARY
3 2044 097 733 414



HARVARD LAW SCHOOL
LIBRARY

65

APR 16

2239

65

APR 16

C

LEGUM

QUAE AD IUS CIVILE SPECTANT

FRAGMENTA

IN USUM PRAELECTIONUM

COLLEGIT, DISPOSUIT, ANNOTATIONE INSTRUXIT

GUSTAV DEMELIUS

IUR. UTR. DR.



VIMARIAE

SUMPTIBUS ET TYPIS HERMANNI BÖHLAU

MDCCCLVII.

Rom.

2c

ForTy

D

Rec. Oct. 2, 1905.

Lex duodecim tabularum.

I. Ius publicum.

A. De legibus publicis ferendis. [1])

Cic. pro domo 17. init. Vetant XII tabulae leges privis hominibus irrogari. — Cic. de leg. 3, 19, 44. pro Sestio 30, 65. [2]) [IX, 1.]

Liv. 7, 17. Interrex Fabius aiebat, in XII tabulis legem esse, ut quodcunque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset. — Liv. 9, 33. 34. [3]) [XII, 5.]

B. De iudiciis publicis.

a) De provocatione.

Cic. de leg. 3, 19, 44. Tum leges praeclarissimae de XII tabulis translatae duae: quarum altera privilegia tollit, altera de capite civis rogari nisi maximo comitiatu vetat. — Cic. pro

1) Non est mirum, quod de legibus ferendis, de iudiciis publicis, de magistratuum potestate atque imperio lex XII tab. tam pauca constituisse videtur. Nam in eo sita erat eius legis pro plebe utilitas, ne postea arbitrio, sed ut scriptis legibus magistratus imperium administrarent, eoque modo plebeii a patriciorum iniuriis in tutum redigerentur. Dionys. 10, 55. Mommsen, röm. Gesch. I (2te Aufl.) p. 256. Lange, röm. Alterth. p. 460. De iure vero comitiorum et magistratuum lege curiata de imperio legibusque sacratis jam satis cautum erat, neque alia de causa lege XII tab. nonnulla ex iis repetita ac comprobata esse videntur, quam quo magis et consules et tribuni, ne iura negligerent, deterrerentur. 2) Cf. Cic. de leg. 2, 4, 11: — privilegia ne inroganto. Cic. de leg. 3, 19, 44: In privos homines leges ferri noluerunt: id enim est privilegium. Gell. 10, 20, 4: Non sunt enim generalia iussa neque de universis civibus, sed de singulis concepta; quocirca 'privilegia' potius vocari debent, quia veteres 'priva' dixerunt, quae nos 'singula' dicimus. Festus v. Privos privasque. Böcking Pand. §. 94 not. 4. Dirksen, civil. Abhdlg. I, p. 246 sqq. Lange, röm. Alterth. §. 73 p. 463. Tam in c. 17 cit. quam in c. 19 cit. cum omnibus codicibus pro 'privis' 'privos' legendum esse 'privatis' 'privatos' defendit Lange, tabula Bantina p. 47 sq. 3) Hanc legem non regulam illam 'ius posterius derogat priori' continere, sed idcirco propositam esse, ne consules, quae postea comitiis centuriatis placuissent, tanquam irrita negligere possent — intelligimus ex verbis: quod 'populus' iussisset — quae

domo 17. pro Sestio 30, 65. de republ. 2, 36, 61. Salvianus de gubern. dei 5 in fine. [4]) [IX, 2.]

Cic. de republ. 2, 31, 54. Itemque ab omni iudicio poenaque provocari licere, indicant XII tabulae compluribus legibus.[5]) [IX, 2.]

Pomponius libro sing. enchiridii, fr. 2. §. 23. de O. J. Et quia — de capite civis Romani iniussu populi non erat lege permissum Consulibus ius dicere, propterea Quaestores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus praeessent; hi appellabantur Quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex duodecim tabularum. [6]) [IX, 4.]

b) De poenis. [7])

Auctor ad Herennium 1, 13, 23. Et lex: Qui parentem necasse iudicatus erit, ut is obvolutus et obligatus corio devehatur in profluentem. — Val. Max. 1, 1, 13. Festus v. Nuptias p. 170 Müll. [8]).

Plin. h. n. 18, 3. Frugem aratro quaesitam furtim noctu pavisse ac secuisse puberi duodecim tabulis capitale erat, suspensumque Cereri necari iubebant, gravius quam in homicidio convictum. [9]) [VIII, 24.]

---

nonnisi ad comitia centuriata referenda sunt. Dirksen, XII. Taf. p. 700 sq. Lange, röm. Alterth. p. 462 sq. 4) Cf. Cic. de leg. 3, 4, 11: de capite civis nisi per maximum comitiatum — ne ferunto. Idem iam lege Valeria de provocatione cautum erat, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret, neve verberaret. Cic. de rep. 2, 31, 53. Liv. 2, 8. Pompon. fr. 2. §. 16 de orig. iur. 5) Id quoque iam statutum erat lege Valeria et Aternia Tarpeia. Cic. de rep. 2, 35, 60. Dionys. 10, 48. Lange p. 462. 456. 6) De quaestoribus parricidii Geib, Gesch. d. röm. Cr. Pr. p. 50 sqq. Lange p. 278. 7) Quum omnino ordinem, quo singula legis XII tab. capita in singulis tabulis conscripta fuerint, scire non possimus, ita ut ne id quidem constet, utrum de poenis una eademque an pluribus tabulis actum sit, utilius putavi, quae de privatis delictis constituta traduntur, una cum iis, quae de obligationibus lex continebat, enumerare. — De criminum poenis decemviros non plura et subtiliora statuisse mirum non est. Quae moribus introducta erant de singulis criminibus eorumque poenis, lege scripta comprobata sunt. De criminum natura et de doli, qui poenis coërcendus esset, notione et gradibus accuratius disponendi, nec voluntatem nec facultatem habebant decemviri. Quo factum est, ut nisi in homicidio atque incendio inter dolum et casum distinctum non sit, fr. 9 de incend. Vid. not. 9 et 13. 8) Ex hoc fragmento, legem XII tab. de parricidio egisse, concludi posse negat Dirksen p. 453 sqq. De quo crimine iam priscis temporibus lege quadam cautum erat. Cic. pro Rosc. Amer. 25. Orosius 5, 16. Culei quoque supplicio iam a Tarquinio Superbo duumvirum, qui librum custodiae suae commissum describendum dederat, punitum esse narratur. Val. Max. 1, 1, 13. Dion. 4, 62. Zonar. 7, 11. De parricidii poena v. praeterea Liv. epit. 78. Plaut. fragm. Vidular. et Epid. 3, 2, 13. 9) De homicidio

Plin. ibid. Frugem — convictum; impuberem praetoris arbitratu verberari noxiamque duplione decerni.[10]) [VIII, 9.]

Plin. h. n. 28, 2. Quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excantassit. — Seneca nat. quaest. 6, 7. Plin. h. n. 30, 1.[11]) [VIII, 8.]

Serv. ad Virg. eclog. 8, 99. Unde est in duodecim tabulis: neve alienam segetem pellexeris. — Augustin. civ. dei 8, 19. Apuleius, apol. p. 304 Elmenh.[12]) [VIII, 8.]

Cic. de republ. 4, 10, 12 (Augustin. civ. d. 2, 9). Nostrae — duodecim tabulae, quum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt, si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri. — Cic. Tusc. 4, 2, 4. Horat. Sat. 2, 1, 80 sqq. Porph. et Acron. ad h. l. Arnob. adv. gent. 4, fin. Cornut. ad Pers. sat. 1, 137. Paulus r. s. 5, 4, 6. Cassiodor. var. 1, 31.[13]) [VIII, 1.]

Paul. Diac. v. parrici quaestores p. 221 Müll.: — nam parricida non utique is qui parentem occidisset, dicebatur, sed qualemcunque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis, his composita verbis: 'Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, parricidas esto.' Rein, Cr. R. d. Röm. p. 401 sqq. Osenbrüggen, das altröm. Paricidium p. 16—19. Puniebatur homicida securi. Etiam de eo, qui imprudenter alium occidisset, non solum lege Numae (Serv. ad Virg. Ecl. 4, 43. ad Georg. 3, 387. Festus v. Subici et Subigere. Dirksen, Versuche p. 336 sqq.), sed etiam lege XII. tab. cautum fuisse colligitur ex Cic. top. 17, 64: iacere telum voluntatis est, ferire quem nolueris, fortunae. Ex quo aries ille subiicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, quam iecit. Cic. pro Tull. 22. de orat. 39, 158. 10) Hoc furti genus severius puniebatur, quia, ut nonnulla alia crimina, in deos ipsos commissum credebatur, ita ut caput rei diis sacrandum esset. De verbis sacer esto' v. Rein, Cr. R. p. 30 sq. Danz, d. sacr. Schutz p. 47 sqq. In reum impuberem non alio modo animadvertebatur, quam si furtum alius rei commisisset. Gell. 11, 18, 8. 11) Seneca l. c.: Apud nos in duodecim tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebat, et attrahi imbres cantibus et repelli. Ovid. amor. 3, 7, 31 sqq. 12) Augustin. l. c.: Eo quod hac pestifera scelerataque doctrina fructus alieni in alias terras transferri perhibentur. Apul. l. c.: magia propter frugium illecebras interdicta. Virgil. ecl. 8, 99: atque satas alio vidi traducere messes. Huius criminis accusationem v. apud Plin. h. n. 18, 6. Rein p. 902 not. ** Huschke, Gaius p. 120 not. 18. 13) Fest. v. Occentassint (p. 181 Müll.): antiqui dicebant, quod nunc convicium fecerint dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit, ut procul exaudiri possit. Etiam Plin. h. n. 28, 2. Quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis verba sunt: Qui fruges excantassit et alibi: Qui malum carmen incantasset — de conviciis loqui videtur, minime de malis artibus contra vitam ac sanitatem exercendis, ut Dirkseno aliis-

Gaius, libro IV ad legem XII tabularum, fr. 9 de incendio. Qui aedes acervumve frumenti iuxta domum positum combusserit, vinctus verberatus igni necari iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit; si vero casu, id est negligentia, aut noxam sarcire iubetur, aut, si minus idoneus sit, levius castigatur; appellatione autem aedium omnes species aedificii continentur. [14]) [VIII, 10.]

Serv. ad Virgil. Aen. 6, 609. Ex lege XII tabularum venit, in quibus scriptum est: patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. [15]) [VIII, 21.]

Gell. n. a. 20, 1, 53. An putas — si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimoniis falsis poena abolevisset, et si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e saxo Tarpeio deiiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus? [16]) [VIII, 23.]

Gell. n. a. 20, 1, 7. Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest? nisi duram esse legem putas, quae iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est, capite poenitur. [17]) [IX, 3.]

Marcian. libro XIV Institution. fr. 3 pr. ad leg. Iul. majestat. Lex duodecim tabularum iubet, eum, qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri. [18]) [IX, 5.]

Porcius Latro declam. in Catil. 19. Primum XII tabulis cautum esse cognoscimus, ne quis in urbe coetus nocturnos agitaret. [19]) [VIII, 26.]

Gai. libr. IV ad leg. XII tab. fr. 4 de colleg. et corpor. — Soda-

---

que placet. 14) Quod Gaius de incendii poena dicit, iam lege XII tabul. constitutum fuisse, ut Dirksen et plurimi opinantur, negat Waechter, de crimine incendii p. 7 sqq., qui Gaium de suis tantum temporibus loqui defendit. De incendii poena illa lege aliquid cautum, illamque distinctionem inter dolum et negligentiam a decemviris introductam esse, censet Rein p. 766 not.** 15) De lege regia eiusdem argumenti Dirksen Vers. p. 286. Legem Romuli, de qua loquitur Dionys. 2, 10, non de proditione reipublicae sed de fraude inter patronos et clientes commissa intelligendam defendit Köstlin die perduellio p. 21 sqq. 16) Iam ante legem XII tab. M. Volscium, quod falsus haud dubie testis in Caesonem extitisset, accusatum et damnatum Lanuvium in exilium abiisse enarrat Liv. 3, 24. 25. 29. 17) Hac capitis poena postea desuetudine abrogata quomodo in eum, qui perperam iudicasset, animadversum sit, docet Huschke, Gaius p. 131 sq., qui apud Gellium pro 'dicendum' 'iudicandum' scribit. 18) V. not. 15. 19) De M. Porcii Latronis fide satis dubia v. Rein p. 473. Bernhardy, Grundr. der röm. Litt. §. 47 not. 186. Eiusmodi coetus nocturnos et occultos iam antiquis temporibus Romae agitatos

les sunt, qui eiusdem collegii sunt, quam Graeci ἑταιρίαν vocant. His autem potestatem facit lex, pactionem, quam velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed haec lex videtur ex lege Solonis translata esse etc. [20]) [VIII, 27.]

Gell. 15, 13, 11. Idem ex iisdem tabulis id quoque est: Qui se sierit testarier libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, inprobus intestabilisque esto. Gell. 7, 7, 3. [21]) [VIII, 22.]

II. Ius sacrum. [22])

Cic. de leg. 2, 23, 58. Hominem mortuum, inquit lex in XII, in urbe ne sepelito, neve urito. [X, 1.]

Cic. de leg. 2, 23, 59. Iam cetera in XII minuendi sunt sumptus lamentationisque funeris, translata de Solonis fere legibus. Hoc plus, inquit, ne facito. Rogum ascia ne polito. Nostis, quae sequuntur. [X, 2.]

Cic. de leg. 2, 23, 59. Extenuato igitur sumptu, tribus riciniis, et vinclis purpurae, et decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem: Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. Festus v. Recinium, Radere genas p. 274. 273. Müll. Cic. Tusc. 2, 23, 55. Plin. h. n. 11, 36. Serv. ad Virg. Aen. 12, 606. [X, 3. 4.]

Cic. de leg. 2, 24, 60. Cetera item funebria, quibus luctus augetur, Duodecim sustulerunt. Homini, inquit, mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. Excipit bellicam peregrinamque mortem. [X, 5.]

Cic. de leg. 2, 24, 60. Haec praeterea sunt in legibus de unctura: quae servilis unctura, tollitur, omnisque circumportatio. — Ne sumptuosa respersio; ne longae coronae, nec acerrae, praetereantur. Festus v. Murrata potione p. 158. Müll. [X, 6.]

Plin. h. n. 21, 3. Inde illa XII tabularum lex: Qui coronam parit ipse, pecuniave eius, virtutis ergo duitor ei. Quam

---

legibusque vetitos fuisse constat ex Liv. 2, 28. 32. 20) Cf. quae in fr. 4 cit. sequuntur. 21) Cf. §. 6 Inst. de test. ordin. ibique Theoph. Gai. fr. 26 qui test. fac. poss. 22) Praeter ea, quae de sepulcris in XII tabulis scripta erant, omnes quoque earum leges, quibus ut reus sacer esset, cavebatur, ad ius sacrum pertinere manifestum est. Sed ne, quae de criminibus puniendis decemviri constituerunt, distrahantur, eiusmodi praecepta iuris sacri iam supra enumeravimus. —

servi equive meruissent, pecunia partam lege dici nemo dubitavit. Quis ergo honos? ut ipsi mortuo parentibusque eius, dum intus positus esset, forisve ferretur, sine fraude esset imposita. — Cic. de leg. 2, 24, 60. [X, 7.]

Cic. de leg. 2, 24, 60. 61. Credo quod erat factitatum, ut uni plura fierent, lectique plures sternerentur: id quoque ne fieret, lege sanctum est. Qua in lege quum esset: Neve aurum addito, quum humane excipit altera lex: quoi auro dentes vincti escunt; ast im cum illo sepelire, urereve se fraude esto. 61. Duae sunt praeterea leges de sepulcris, quarum altera privatorum aedificiis, altera ipsis sepulcris cavet. Nam quod rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adici aedeis alienas, invito domino, incendium veretur acerbum. Quod autem forum (id est vestibulum sepulcri) bustumve usucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. Haec habemus in Duodecim. [X, 8—11.]

III. Ius privatum.[23])

Fest. v. Sanates. p. 348. Müll. Itaque in XII cautum est, ut idem iuris esset Sanatibus quod Forctibus. — Id. p. 321. Müll. Gell. n. a. 16, 10, 8.[24]) [I, 5.]

1) Ius quod pertinet ad personas.

a) Servitus.

Ulp. fragm. 1, 9. — Ut testamento manumissi liberi sint lex duo-

---

23) De iure privato legem XII tab. multo amplius et accuratius egisse quam de iure publico, certum est (v. not. 1). Id enim ante omnia agebatur, ut magistratuum imperium scriptis legibus, secundum quas iudicandum esset, coërceretur. Nihilominus non sufficiunt quae supersunt ad decemvirorum legislationem recte aestimandam. 24) Paul. Diac. v. Forctes p. 84. Horctum p. 112. Sanates p. 349: Sanates dicti sunt, qui supra infraque Romam habitaverunt: quod nomen ideo his est inditum, quia quum defecissent a Romanis, brevi post in amicitiam quasi sanata mente redierunt. De sensu huius fragmenti v. Niebuhr Röm. Gesch. 2, 373, qui de iure publico intelligendum censet. Dirksen p. 122 de Fortibus et Sanatibus idem cautum fuisse putat, quod de assiduis et proletariis lege: assiduo vindex assiduus esto etc. Huschke Recht des Nexum p. 245 sqq. de iure commercii Sanatibus adtributo decemviros ea verba scripsisse defendit itaque locum Festi p. 321, quem de nexis egisse negat, hoc modo restituit: Nexi mancipiique idem forti sanatique ius esto p. 250. De Sa-

decim tabularum facit, quae confirmat * * * (cf. Böcking ad. h. l.) Vid. Ulp. 11, 14 (infra p. 13.)[25])

Ulp. fragm. 2, 4. Sub hac conditione liber esse iussus si decem milia heredi dederit, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem pervenit; idque lex duodecim tabularum iubet. — Pompon. fr. 29 §. 1 de statulib. Modestin. fr. 25 eod.[26]) [VII, 12.]

Ulp. libro XVIII ad Edict. fr. 2 §. 1 de noxal. action. Celsus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam et legem duodecim tabularum; nam in lege antiqua, si servus scienti domino furtum fecit, vel aliam noxam commisit, servi nomine actio est noxalis, nec dominus suo nomine tenetur; at in lege Aquilia, inquit, dominus suo nomine tenetur, non servi. — Marcell. fr. 5 si fam. furt. fec. dic. Pompon. fr. 56 de O. et A. Gai. 4, 76. §. 4 Inst. de noxal. action. Theophil. ad h. l.[27]) [XII, 2.]

b) Patria potestas.

Gell. n. a. 3, 16, 12. — Quoniam decemviri in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent. — Ulp. fr. 3 §. 9 de suis et legit. hered.[28]) [IV, 4.)

Cic. de leg. 3, 8, 19. Deinde cum esset cito letatus tamquam ex XII tabulis insignis ad deformitatem puer, brevi tempore nescio quo pacto recreatus multoque tetrior et foedior natus est (ortus tribuniciae potestatis).[29]) [IV, 1.]

Dionys. 2, 26. 27. *Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων νομοθέτης (ὁ Ῥώμυλος) ἅπασαν, ὡς εἰπεῖν, ἔδωκεν ἐξουσίαν πατρὶ καθ᾽ υἱοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον, ἐάν τε εἴργειν, ἐάν τε μαστιγοῦν, ἐάν τε δέσμιον ἐπὶ τῶν κατ᾽ ἀγρὸν ἔργων κατέχειν, ἐὰν*

---

natibus p. 251 sqq. 25) Paul. fr. 80 de V. S. 26) Fr. 1. pr. de statul. Statuliber est, qui statutam et destinatam in tempus vel conditionem libertatem habet. — Decemviros de iis, qui postea statuliberi appellantur, nihil statuisse, sed quam Ulpianus duodecim tabulis adtribuit regulam de iis, qui in mancipio erant, propositam et postea ad statuliberos adhibitam fuisse, verisimile videtur. Madaio, die Statuliberi d. röm. Rs. §. 1. De Cuiacii (observv. 13, 16) loco non ad §. 4 cit. sed ad Ulp. 10, 1 referendo v. Vahlen, praefat. ad Ulp. edit. p. 12. 27) Fest. v. Noxia p. 174 Müll. fr. 238 §. 3 de V. S. Gai. lib. 6 ad XII tab. Noxae appellatione omne delictum continetur. 28) cf. §. 11. 12 ibid. 29) Apud Romanos infantes monstrosos interfici non solum licitum sed etiam necessarium diisque gratum creditum esse, apparet ex Liv. 27, 37. Sen. de ira 1, 15. De lege regia Romuli, qua patri eiusmodi partus necare concessum est, sed non nisi quinque vicinis proximis, qui deformitatem cognoscerent, adhibitis cf. Dionys. 2, 15. Dirksen, Vers. p. 303. Rein, CR.

τε ἀποκτιννύναι προαιρῆται, κἂν τὰ πολιτικὰ πράττων ὁ παῖς ἤδη τυγχάνῃ, κἂν ἐν ἀρχαῖς ταῖς μεγίσταις ἐξεταζόμενος, κἂν διὰ τὴν εἰς τὰ κοινὰ φιλοτιμίαν ἐπαινούμενος. — Καταλυθείσης δὲ τῆς μοναρχίας — (τοῦτον τὸν νόμον) δέκα ἄνδρες ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀνέγραψαν νόμοις, καὶ ἔστιν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν λεγομένων δώδεκα δέλτων, ἃς ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ. [30]) [IV, 2.]

Ulp. fragm. 10, 1. — Id enim lex duodecim tabularum iubet his verbis si pater filium ter venum dabit, filius a patre liber esto. — Dionys. 2, 27. Gai. 1, 132. 4, 79.[31]) [IV, 3.]

c) Manus.

Liv. 4, 4. Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt? — Liv. 4, 6. Cic. de republ. 2, 37, 63. Dionys. 10, 60. 11, 28.[32]) [XI, 1.]

Gai. 1, 111. Usu in manum conveniebat, quae anno continuo nupta perseverabat; quae enim velut annua possessione usu capiebatur, in familiam viri transiebat filiaeque locum optinebat. itaque lege duodecim tabularum cautum erat, si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ut quotannis trinoctio abesset atque ita usum cuiusque anni interrumperet. — Gell. n. a. 3, 2, 13. Macrob. Saturn. 1, 3.[33]) [VI, 4.]

Cic. Philipp. 2, 28, 69. Etsi iam negat, nolite, nolite quaerere. Frugi factus est. Illam suam suas res sibi habere iussit ex

---

d. R. p. 441 f. Rossbach, Untersuchgg. über d. röm. Ehe, not. 147. 30) De cognatorum consilio a patre adhibendo v. Klenze, d. Cognaten u. Affinen nach röm. R. Ztschr. f. gesch. Rw. 6, p. 29. Göttling, Gesch. der röm. Staatsverf. p. 102 sq. Osenbrüggen, parricidium p. 21 sq. Lange, röm. Alterth. p. 101. Lege regia Romuli infantem triennio minorem necandi patri ius non erat. Dionys. 2, 15. De iure vitae necisque v. Gell. 5, 19, 9. Cic. pro dom. 29, 77. Dio Cass. 37, 36. Paul. fr. 11 de lib. et post. Papin. Mos. et Rom. leg. coll. 4, 8. 31) Et necandi et vendendi filios patri ius antiquissimis temporibus non solum apud Romanos, sed etiam apud alias gentes fuisse certum est. Utrumque vero ius iam multo ante XII tab. diminuebatur. Pater enim ne filium, qui uxorem duxerat, venderet iam lege regia Numae cautum esse traditur. Dionys. 2, 27. Plut. Num. 17. Dirksen, Vers. p. 333 sq. Sic etiam non erat novum quod filium ter venditum libertatem adipisci decemviri constituerunt, sed quod moribus comprobatum erat, receperunt. Qua lege quomodo deinde Romani usi sint ad patriam potestatem rite dissolvendam tradunt Ulp. Gai. citt. 32) Cf. Gai. ad leg. XII tab. fr. 238 pr. de V. S. Liv. 4, 2. Rossbach, Untersuchg. üb. d. röm. Ehe p. 453 sqq. Lange, röm. Alterth. p. 90, 92. V. infr. de lege Canuleia. 33) Cic. pro Flacc. 34. 84. Gai. 1, 111: — interrumperet, sed hoc totum ius partim legibus sublatum est, partim ipsa de-

duodecim tabulis; claves ademit, exegit. Quam porro spectatus civis, quam probatus; cuius ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium.[34])

d) Tutela.

Gai. 1, 155. Quibus testamento quidem tutor datus non sit, iis ex lege XII agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Gai. 1, 157. pr. Inst. de leg. agn. tut. §. 2 ibid. Ulp. fragm. 11, 3. Ulp. fr. 1 pr. fr. 5 pr. de leg. tutor. Paul. fr. 7 pr. de cap. min. Theoph. ad Inst. de leg. patr. tut.[35]) [V, 6.]

Ulp. fragm. 11, 14. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim tabularum his verbis uti legassit super [familia] pecunia tutelave suae rei ita ius esto: qui tutores dativi appellantur. Vide infr. ad h. l. p. 13.

Gai. 1, 145. Loquimur autem exceptis virginibus Vestalibus, quas etiam veteres in honorem sacerdotii liberas esse voluerunt (scil. a tutela): itaque etiam lege XII tabularum cautum est.[36]) [V, 1.]

Cic. de inv. 2, 50, 148. Lex est: si furiosus est, agnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. — Auctor ad Herenn. 1, 13, 23. Cic. Tusc. 3, 5, 11. Varro de re rust. 1, 2, 3. Inst. de curator. Gai. fr. 13 de curat. furios. Ulp. fr. 3 pr. de tutel. fragm. 12, 2.[37]) [V, 7.]

Ulp. fragm. 12, 2. Lex duodecim tabularnm furiosum, itemque prodigum cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse

---

suetudine oblitteratum est. — Conventio in manum, quae usu fiebat, iis demum temporibus, quum matrimonia sine manu inire non contra bonos mores et salutem publicam esse videri inciperet, moribus introducta, lege XII tab. comprobata est. Rossbach, p. 146 sqq. Lange p. 94. De anni et trinoctii computatione v. Gell. 3, 2, 13. 34) Decemviros nihil de divortio proposuisse, sed tantum ex interpretatione XII tab. illud a iurisconsultis excogitatum fuisse censet Dirksen p. 295 sqq. Qui etiam locum Gaii ex libr. 3 ad XII tab. fr. 43 ad l. Iul. de adult ad leg. XII tab. referendum non esse contendit, idque summo iure. Gaium de XII tab. loqui defendit den Tex, fontes tres p. 13. Cf. Wächter, üb. Ehescheidg. b. d. Röm. p. 69 sq. 35) V. infr. de lege Claudia. 36) Gell. 1, 12, 9. Ulp. 10, 5. Gai. 1, 130. Ambros. de virgin. 1, 14, 15. ep. ad Valentin. I, 18, 11. Böcking, Inst. §. 58 v. sqq. De Plut. Numa c. 10 v. Dirksen p. 316. 37) Cic. de republ. 3, 33, 45. Ulp. fragm. 20, 13 fr. 3 §. 1 de tutel. Anton. c. 1 de curat. furios.

agnatorum. — Ulp. fr. 1 pr. de curator. furios. Gai. fr. 13 eod. §. 3 Inst. de curat.[38]) [V, 7.]

Festus v. Nec. Müll. p. 162 — in XII est: 'ast ei custos nec escit.'[39]) [V, 7.]

2) Ius quod pertinet ad res.

a) De rerum dominio.

Cic. top. 4, 23. Quod in re pari valet, valeat in hac, quae par est: ut, Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium. At in lege aedes non appellantur, et sunt ceterarum rerum omnium, quarum annuus est usus. — Cic. pro Caecin. 19, 54. Gai. 2, 42. 54. Theophil. ad pr. Inst. de usucap.[40]) [VI, 3.]

Cic. de off. 1, 12, 37. Indicant enim XII tabulae — itemque: adversus hostem aeterna auctoritas.[41]) [III, 7.]

Gai. 2, 45 — furtivam (rem) lex XII tabularum usucapi prohibet. — Gai. 2, 49 §. 2. Inst. de usucap. ibique Theophil. Iulian fr. 33 pr. de usurpat.[42]) [VIII, 17.]

Gai. 2, 47. Item mulieris quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usucapi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore [auctore] traditae essent: et ita lege XII tabularum cautum erat.[43]) [V, 2.]

Lange, röm. Alterth. §. 41 p. 174 sqq. 38) 'Lege' bonis interdicitur Ulp. fr. 18 qui test. fac. fr. 5 §. 1 de acquir. hered. Cf. Cic. Cato 7, 22. Val. Max. 3, 5, 2. 8, 6, 1. Dio Cass. 57, 23. Gai. epit. 1, 8. Ulp. 12, 6, 2. de tut. et cur. fr. 10 pr. de curat. furios. Paul. fr. 15 eod. Tryph. fr. 16 §. 1 eod. 39) De hoc fragmento v. Dirksen p. 376 sq. 40) Boëth. ad h. l. Ulp. 19, 8. Gai. 2, 44. 204. Plin. epp. 5, 1, 10. Isid. orig. 5, 25, 30. Modestin. fr. 3 de usurp. Puchta Curs. §. 233. Stintzing, d. Wesen von bona fides u. iustus titulus p. 5. v. Scheurl, Beiträge zur Bearbeitg. d. röm. Rs. 2 p. 33. Schirmer, d. Grundidee d. Usucap. p. 33 sqq. Böcking, Pand. §. 144b. 41) Cic. l. c.: Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII tabulae, ut: 'status dies cum hoste;' itemque etc. Varro de l. l. 5, 3. Paul. v. Hostis p. 102 Müll. Gai. libr. II ad duod. tab. fr. 234 pr. de V. S.: Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Puchta, Curs. 329. d. civil. Abhandlgg. I. 42) Gai. 2, 49: Quod ergo vulgo dicitur, furtivarum rerum et vi possessarum usucapionem per legem XII tabularum prohibitam esse etc. — De hoc loco v. Unterholzner, Verjährungslehre p. 196. Dirksen, p. 592. Schirmer Grundidee p. 125. 43) Gai. 1, 192. 2, 80. 81. Ulp. 11, 27 frag. Vat. 1 (constitutio Rutiliana). 45. 259. Cic. ad Att. 1, 5, 6 pro Flacco 35, 86. Stemann in Sells Iahrb. III, p. 247 sqq. v. Scheurl Beiträge II, p. 52 sqq. Schirmer Grundidee p. 95.

Cic. de legg. 1, 21. 55. — controversia nata est de finibus: in qua quoniam usucapionem XII tabulae intra quinque pedes esse noluerunt etc. — [44]) [VII, 4.]

Cic. de legg. 2, 24, 61. Quod autem forum, (id est vestibulum sepulcri), bustumve usucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. [45]) [X, 11.]

§. 41 Inst. de rer. div. Venditae vero res et traditae non aliter emtori acquiruntur, quam si is venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, veluti expromissore aut pignore dato. Quod cavetur quidem lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur, et iure gentium, id est iure naturali, id effici. — Theophil. ad h. l. [46]) [VII, 11.]

Cic. de legg. 1, 21. 55. — nec Mamilia lege singuli, sed ex his (XII tab.) tres arbitri fines regemus. [47]) [VII, 4.]

Non. Marc. v. Iurgium p. 430 sq. Iurgium et lis hanc habent distantiam, quod iurgium levior res est; siquidem inter benevolos aut propinquos dissensio vel concertatio iurgium dicitur; inter inimicos dissensio lis appellatur. M. Tullius de republ. lib. 4. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam: 'Si iurgant' inquit. Benevolorum concertatio non lis, (ut) inimicorum, (sed) iurgium dicitur. Et in sequenti: Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. [48]) [VII, 5.]

Gai. libro IV ad Legem duod. tabularum fr. 13 fin. reg. — Sciendum est, in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo eius legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse; nam illic ita est: *Ἐάν τις αἱμασίαν παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρυγῇ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν·*

---

206 sqq. 44) **Rudorff**, gromat. Instit. p. 433 sqq. **Puchta**, Curs. §. 234. De huius legis sensu vid. **Bekker**, krit. Ztschr. f. d. ges. Rw. 1. p. 449, qui decemviros usucapionem intra quinque pedes non disertis verbis exclusisse defendit. 45) V. supra p. 6. Paul. v. Forum p. 84 Müll.: Forum sex modis intelligitur. — — — Quarto, quum id forum antiqui appellabant, quod nunc vestibulum sepulcri dictari solet. — Id. v. Bustum p. 32 Müll.: Bustum proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum, quasi bene ustum; ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur; sed modo busta sepulcra appellamus. Serv. ad Virg. Aen. 11, 201. **Unterholzner**, Verjährungsl. I, §. 52. **Böcking** §. 140 c. 2. 46) **Schrader** Comm. ad §. 41 cit. **Puchta**, Curs. §. 241 f. **Böcking** §. 147 n. 45. 47) Theodos. c. ult. C. Theodos. fin. regund. Cic. top. 10, 43. **Puchta** §. 234. **Rudorff**, grom. Inst. **Keller**, R. CP. §. 7 n. 108. 48) cf. Cic. de republ. ed. Mai. 4, 8 ed. Orell.

ἐὰν τείχιον, πόδα ἀπολιπεῖν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας· ἐὰν δὲ τάφρον ἢ βόθρον ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν· ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν· ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν· τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας. [Si quis sepem ad alienum praedium fixerit infoderitque, terminum ne excedito; si maceriam, pedem relinquito; si vero domum, pedes duos; si sepulcrum aut scrobem foderit, quantum profunditatis habuerint, tantum spatii relinquito; si puteum, passus latitudinem; at vero oleam aut ficum ab alieno ad novem pedes plantato; ceteras arbores ad pedes quinque.— Versio vulgata.] [49]) [VII, 2.]

Paul. Diac. v. Ambitus p. 16. Müll. Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. — Varro de l. l. 5, 22 (4, 4.) Volus. Maec. §. 46. [50]) [VII, 1.]

Ulp. libro 74 ad Edict. fr. 1 §. 8 de arbor. caed. Quod ait Praetor, et lex duodecim tabularum efficere voluit, ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur; et hoc idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino praedio noceret. — Pomp. fr. 2 eod. [51]) [VII, 9.]

Plin. h. n. 16, 5. Cautum est praeterea lege XII tabularum, ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere. — Gai. libro 4 ad legem duod. Tab. fr. 236 §. 1 de V. S. [52]) [VII, 10.]

Cic. pro Caec. 19, 54. Si via sit immunita, iubet (lex duod. tab.) qua velit agere iumentum. — Fest. v. Viae. Müll. p. 371. [53]). [VII, 7.]

Paul. lib. 16 ad Sabinum fr. 5 ne quid in loc. publ. — Si per publicum locum rivus aquaeductus privato nocebit, erit actio privato ex lege XII tabularum, ut noxae domino caveatur. — Pompon. fr. 21 pr. de statulib. [54]) [VII, 8.]

---

4 c. 8, 8. 24. 49) Rosen, fragmentum Gaianum de iure confinium. Böcking §. 140 f. 2. 50) Paul. v. ambitus p. 5 Müll. v. Insulae p. 111 Müll. Isidor. orig. 15, 16, 12. Tacit. ann. 15, 43. Papir. Iust. fr. 14 de serv. praed. urb. Cuiac. observ. 1, 4. 19, 21. Böcking §. 140 e 1. Puchta Curs. §. 231 n. o. 51) Paul. r. s. 5, 16. 12. Fest. v. Sublucare p. 348. Müll. Böcking §. 140 g 2. 52) Gai. libr. 4 ad leg. XII tab. fr. 256 §. 1 de V. S. Glandis appellatione omnis fructus continetur, ut Iavolenus ait, exemplo graeci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur. Böcking §. 140 g. 3. 53) Callistr. fr. 14 §. 2 de mun. et honor. Puchta §. 231 not. m. Böcking §. 140 d, ubi (n. 15) vid. de loco Festi l. 54) Cic.

Ulp. libr. 37 ad Edict. fr. 1 pr. de tign. iunct. — Lex duodecim tabularum neque solvere permittit tignum furtivum aedibus vel vineis iunctum, neque vindicare; quod providenter lex effecit, ne vel aedificia sub hoc praetextu diruantur, vel vinearum cura turbetur, sed in eum, qui convictus est iunxisse, in duplum dat actionem. — Fest. v. Tignum p. 364 Müll.: Tignum non solum in aedificiis, quo utuntur, appellatur, sed etiam in vineis, ut est in XII: 'Tignum iunctum aedibus, vineave et concapit ne solvito.' — Fest. v. Sarpiuntur p. 348 Müll.: Sarpiuntur vineae, id est putantur, ut in XII: 'Quandoque sarpta, donec dempta erunt.' — Ulp. fr. 7 pr. ad exhib. Gai. fr. 62 de V. S. Paul. fr. 6 ad exhib. fr. 23 §. 6 de R. V. fr. 63 de donat. int. vir. et uxor. fr. 98 in fin. de solut. §. 29 Inst. de rer. div. Theophil. ad h. l. [55]) [VI, 7—9.]

Gai. libro 7 ad Edictum provinciale, fr. 8 de servit. praed. rust. — Viae latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id est, ubi flexum est, sedecim. — Varro de l. l. 7, 15. (6, 2.) [56]) [VII, 6.]

Plin. h. n. 19, 4, In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horti vero heredium. [57]) (VII, 3.)

Fest. v. Tuguria p. 355 Müll. — quo nomine (tugurium) Messala in explanatione XII. ait etiam . . . . . . significari. [58]) [VII, 3.]

b) De hereditatibus.

Ulp. fragm. 11, 14. — eadem lege duodecim tabularum his verbis uti legassit super [familia] pecunia tutelave suae rei, ita ius esto. — Cic. de invent. 2, 50, 148. Auctor ad Herenn. 1, 13, 23. pr. Inst. de leg. Falc. Gai. 2, 224. fr. 1 de H. P. Pompon. fr. 120 de V. S. Paul. fr. 80

---

top. 9, 38. 39. Böcking §. 120 d 140 g 4. Keller R. CP. §. 7 n. 110. 55) Ex Festi locis l. ita legem duodecim tabularum restituit Huschke, ad leg. XII tab. de tigno iuncto commentatio: Tignum iunctum aedibus vineave sei concapit, ne solvito — neque vinea sarpta quandoque, donec dempta erunt, tigna vindicito. Müller ad Fest. p. 364. Puchta, üb. d. actio de tigno iuncto. Ztschr. f. CR. u. Pr. 11, 10. Curs. §. 232 dd. 56) Cels. fr. 6 fin. quemadm. serv. amitt. Iavolen. fr. 13 §. 2. 3 de serv. praed. rust. Isidor. orig. 15, 66, 4. Serv. ad Aeneid. 4, 405. Böcking §. 170 h. 25. Puchta kleine civil. Schriften p. 90 sqq. Elvers, röm. Servitutenlehre p. 399. sq. 57) Paul. v. Hortus p. 102 Müll. v. Heredium p. 99. 58) Cf. Müller ad h. l.

eod. fr. 20 de test. tut. Ulp. fr. 130 de V. S. Nov. XXII c. 2. Ulp. 19, 17. 1, 9. Paul. fr. 53 pr. de V. S. fr. 20 §. 1 eod. Gai. fr. 1 pr. de test. tut. [59]) [V, 3.]

Ulp. fragm. 26, 1. Id enim cautum est lege duodecim tabularum hac si intestato moritur cui suus heres nec [escit], agnatus proximus familiam habeto. — Ulp. 26, 7. Mos. et Rom. leg. coll. 16, 4, 1. Cic. de invent. 2, 50, 148. Auct. ad Herenn. 1, 13, 23. Gai. 3, 9. Mos. et Rom. leg. coll. 16, 2, 1. 9. 11. 17; pr. §. 1. 3. 5. Inst. de leg. agn. succ. Theophil. ad h. l. Ulp. fr. 195 §. 1 de V. S. fr. 2 §. 4 unde legit. fr. 3 §. 9 de suis et legitim. Paul. fr. 7 pr. de cap. min. fr. 9 §. 2 de lib. et post. Pomp. fr. 11 de suis et legit. fr. 162 de V. S. Callistr. fr. 220 pr. de V. S. Iul. fr. 6 de suis et legitim. Diocl. et Maxim. c. 4 de suis et legit. [60]) [V, 4.]

Ulp. libr. sing. sub tit. de legitimis hereditatibus, Mos. et Rom. coll. 16, 4, 2. Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat, his verbis 'Si agnatus nec esit, gentiles familiam habento.' — Cic. l. l. Auctor ad Herenn. l. l. Gai. 3, 17. Paul. r. s. 4, 8, 3. Mos. et Rom. leg. coll. 16, 4, 3. [61]) [V, 5.]

Ulp. fragm. 29, 1. Civis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. Ulp. libr. 46 ad edict. fr. 195 §. 1 de V. S. ad personas autem refertur familiae significatio ita, quum de patrono et liberto loquitur lex; ex ea familia, inquit, in eam familiam. Ulp. 29, 5. 5, 6. Gai. 3, 40 pr. I. de success. libert. ibique Theophil. Ulp. Mos. et Rom. leg. coll. 16, 8 fin. 9 fr. 11 de iur. patron. Theophil. ad I. de legit. patron. tut. [62]) [V, 8.]

Gordian. c. 6 fam. ercisc. Ea, quae in nominibus sunt, non recipiunt divisionem, quum ipso iure in portiones hereditarias ex lege duodecim tabularum divisa sunt. — Paul. fr. 25 §. 9. 13 fam. ercisc. Valerian. et Galien. c. 1. si unus ex plur. hered.

---

59) Quinctil. inst. orat. 3, 6, 16. Huschke, R. d. Nex. p. 212 sqq. De verbo 'familia' vid. Vahlen. ad h. l. 60) Quinctil. decl. 308. Gai. epit. II, 8, 3. Paul. r. s. 4, 8, 13. Ulp. fr. 1 §. 9 de suis et legit. Diocl. et Max. c. 6 de legit. hered. 61) Lange, röm. Alterth. §. 36. 40. 62) Ulp. 22. Ter. Clem. fr. 10 de iur. patron. Paul. fr. 5 de iure annul. Ulp. fr. 3 pr. de suis

Dioclet. et Maxim. c. 26. de pactis. c. ult. de heredit. action.[63]) [V, 9.]

Gai. libro 7 ad Edictum provinciale, fr. 1 pr. fam. ercisc. Haec actio proficiscitur e lege duodecim tabularum; namque coheredibus volentibus a communione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hereditariae distribuerentur.[64]) [V, 10.]

c) De obligationibus.

Fest. v. Nuncupata pecunia p. 173 Müll. Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in L. 2 de officio iurisconsulti, nomina, certa, nominibus propriis pronuntiata: 'cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita ius esto': ita uti nominarit, locutusve erit, ita ius esto. — Cic. de off. 3, 16, 65. de oratore 1, 57, 245.[65]) [VI, 1.]

Cic. de off. 3, 16, 65. Quum ex XII tabulis satis esset, ea praestari, quae essent lingua nuncupata, quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret; a iureconsultis etiam reticentiae poena est constituta.[66]) [VI, 2.]

Macrob. Saturn. 1, 4. Non esse ab re puto, hoc loco id quoque admonere, quod decemviri in XII tabulis inusitatissime nox pro noctu dixerunt. Verba haec sunt: Si nox furtum factum sit, si im occisit, iure caesus esto. — Gell. n. a. 8, 1. 11 18, 7. 20, 1, 7. Cic. pro Mil. 3, 8. Quinctil. inst. orat. 5, 11 Seneca controv. 10 c. ult. Augustin. quaest. 2 super exodum, Gai. fr. 4 §. 1 ad leg. Aquil. Ulp. Mos. et Rom. leg. coll. 7, 3, 2.[67]) [VIII, 12.]

Gai. libro 13. ad Edictum provinciale, fr. 54 §. 2 de furtis. Furem interdiu deprehensum non aliter occidere Lex duodecim

---

et legitim. Lange, röm. Alterth. §. 43. 63) Antonin. c. 1 de exception. Sever. et Antonin. c. 1 si cert. pet. Diocl. et Max. c. 10 de iur. delib. 64) Paul. v. Erctum p. 82 Müll. Gell. 5, 9, 12. Donat. ap. Serv. in Aen. 8, 642. Cic. de orat. 1, 56, 237. Keller R. CP. §. 17 fin.. 65) Varro de l. l. 6, 7, 60 (5, 9) Cic. pro Caecin. 23, 65. Gai. fr. 48 de pactis. v. Scheurl, Nexum p. 21 sq. Bachofen, Nexum p. 12. Huschke, Nexum p. 23 sq. 66) Huschke, Nex. p. 195. Keller R. CP. §. 58, 1, et ibi laud. 67) Fr. 9 ad leg. Cornel. de sicar. Gaii verba in fr. 4, §. 1 ad leg. Aquil.: ut tamen id ipsum cum clamore testificetur — minime ad leg. XII tab. referenda sunt. Dirksen p. 567 sq. De loco Festi v. Sub vos placo v. Idem p. 574. Iure

tabularum permisit, quam si telo se defendat. — Gell. Cic. Quinctil. Gai. Ulp. citt. [68]) [VIII, 13.]

Gell. n. a. 11, 18, 8. Ex ceteris autem manifestis furibus liberos verberari addicique iusserunt ei, cui furtum factum esset, si modo id luci fecissent neque se telo defendissent; servos item furti manifesti prensos verberibus adfici et e saxo praecipitari, sed pueros inpuberes praetoris arbitratu verberari voluerunt noxamque ab his factam sarciri. — Gai. 3, 189. Theophilus ad pr. Inst. de perpet. et temporal. action. [69]) [VIII, 14.]

Gai. 3, 191. 192. Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum tripli est, eaque similiter a praetore servatur. — Prohibiti actio quadrupli ex edicto praetoris introducta est: lex autem eo nomine nullam poenam constituit; hoc solum praecipit, ut qui quaerere velit, nudus quaerat, linteo cinctus lancem habens; qui si quid invenerit, iubet lex furtum manifestum esse. — Gell. 11, 18, 9. 16, 10, 8. [70]) [VIII, 15.)

Gai. 3, 190. Nec manifesti furti poena per legem XII tabularum dupli inrogatur, eamque etiam praetor conservat. — Fest. v. Nec p. 162 Müll. — in XII. est: — — item: 'si aderat furto quod nec manifestum erit.' — Gell. 11, 18, 15. Cato de re rust. praef. 1. [71]) [VIII, 16.]

Ulp. libro 4 ad Edictum, fr. 7, 14 de pactis. — nam et de furto pacisci lex permittit. [72]) [II, 4.]

Cato de re rust. praef. 1. Maiores nostri sic habuerunt, itaque in legibus posuerunt, furem dupli damnare, foeneratorem quadrupli. — Tacit. ann. 6, 16. [73]) [VIII, 18.]

Paul. r. s. 2, 12, 11. (Mos. et Rom. leg. coll. 10, 7, 11). Ex

---

caesum videri Cic. de orat. 2, 25, 106. 68) Gai. lib. I ad leg. XII tab. fr. 233 §. 2 de V. S. Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur; sed nunc omne significatur, quod mittitur manu. Fragm. Cic. pro M. Tullio (Rufinianus in Apophasi) ed. Ernesti tom. I. Hal. 1824 p. 476. 69) Gell. 7 (6 Hertz) 15, 1. Serv. ad Aen. 8, 205. Isidor. orig. 5, 26. De actione in furem manifestum ex lege XII tab. prodita v. Huschke, Gaius p. 121 not. 21. 70) Gai. 4, 133. Paul. r. s. 231, 14. 22. §. 4 Inst. de oblig. quae ex delict. ibique Theophil. Paul. v. Lance et licio p. 117 Müll. Virg. Aen. 8, 284. Petron. c. 97 init. Plaut. Poenul. 3, 1, 58—62. 3, 4, 27. 3, 5, 16—41. 71) §. 5 Inst. de oblig. quae ex del. ibique Theophil. cf. not. 70 Ulp. fr. 50 de furt. Cels. fr. 67 §. 2 eod. Iavolen. fr. 74 eod. Huschke, Gaius p. 121. 72) Paul. fr. 17 §. 1 de pact. Ulp. fr. 7 pr. de cond. furtiv. Diocl. et Max. c. 13 de furtis. Huschke Gaius p. 120. 73) De usurarum ante leg. XII tab. modo Dionys. 6, 58. Huschke, R. d. Nex. p. 116 sqq. Lange, röm. Al-

causa depositi lege XII tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in simplum.[74]) [VIII, 19.]

Tryphonin. libro XIV. disputationum fr. 55 §. 1 de administr. et peric. — Sed si ipsi tutores rem pupilli furati sunt, videamus, an ea actione, quae proponitur ex lege duodecim tabularum adversus tutorem in duplum, singuli in solidum teneantur? Cic. de off. 3, 15. Ulp. fr. 1 §. 2 de suspect. tutor. pr. Inst. de suspect. tutor. Theophil. ad h. l.[75]) [VIII, 20.]

Fest. v. Talionis p. 363 Müll. Talionis mentionem fieri in XII ait Verrius hoc modo: 'Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto.' Gell. 20, 1, 14. 16, 10, 8. 33. Gai. 3, 223. Paul. r. s. 5, 4, 6 §. 7 Inst. de iniur.[76]) [VIII, 2.]

Gai. 3, 223. — propter os vero fractum aut conlisum trecentorum assium poena erat statuta, si libero os fractum erat; at si servo, CL. Gell. 20, 1, 32. Paul. r. s. 5, 4, 6. Paul. Mos. et Rom. leg. coll. 2, 5, 5 §. 7 Inst. de iniur.[77]) [VIII, 3.]

Gell. n. a. 20, 1, 12. — ita de iniuria poenienda scriptum est: Si iniuriam alteri faxit, vigintiquinque aeris poenae sunto. Gell. 16, 10, 8. Paul. Mos. et Rom. leg. coll. 2, 5, 5. Gai. 3, 233.[78]) [VIII, 4.]

Fest. v. Rupitias p. 265 Müll. Rupitias in XII significat damnum dederit. — Fest. v. Sarcito. Sarcito in XII Ser. Sulpicius ait significare damnum solvito, praestato. Ulp. fr. 1 pr. ad leg. Aquil.[79]) [VIII, 5.]

Vid. Plin. h. n. 18, 3 (supr. p. 3.)

Vid. Gai. libro VI ad leg. XII tab. fr. 9 de incend. (supr. p. 4.)

---

terth. p. 462. 492. 74) C. Sell, Iahrbb. II, p. 32. Puchta, Curs. III, §. 272 p. 94. Rudorff, Ztschr. f. gesch. Rw. XIV, p. 461 sqq. Muther, Sequestration u. Arrest §. 20. 75) Cic. de orat. 1, 36, 167. Unterholzner, Schuldverhältnisse II, §. 643a. 76) Cato orig. lib. 4 apud Priscian. Inst. gramm. 6, 13, 69 fin. Isidor. orig. 5, 27, 124. Talio est similitudo vindictae ut taliter quis patiatur ut fecit. Hoc enim et natura et lege est institutum, ut laedentem similis vindicta sequatur. Gell. 20, 1, 37. cf. Huschke, Gaius p. 124 sq.
77) Quid intersit inter membrum ruptum et os fractum, ita ut membro rupto talio, ossibus fractis pecuniaria poena constituta sit, dubitari potest. Cf. Gai. 3, 217: ruptum enim intelligitur quid quoquo modo corruptum est; unde non solum usta aut rupta aut fracta, sed etiam scissa et collisa et effusa et — aut perempta atque deteriora facta hoc verbo continentur. Ulp. fr. 27, §. 17 ad leg. Aquil. §. 13 Inst. eod. Sed vid. etiam Gai. 4, 223 cit: propter os vero fractum aut conlisum. 78) Huschke, Gaius p. 119. Fest. v. Viginti quinque poenae p. 371 Müll. Huschke p. 119. Vid. etiam not. 13. 79) Huschke

Ulp. libro XVIII ad Edictum, fr. 1 pr. si quadr. paup. Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, actio ex lege duodecim tabularum descendit; quae lex voluit aut dari id, quod nocuit, id est id animal, quod noxiam commisit, aut aestimationem noxiae offerri. pr. Inst. si quadr. paup. Theophil. ad h. l.[80]) [VIII, 6.]

Ulp. libro XLI ad Sabinum, fr. 14 §. 3 de praescr. verb. Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam, Aristo scribit, non sibi occurrere legitimam actionem, qua experiri possim; nam neque ex lege duodecim tabularum de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie, neque damni iniuriae agi posse; in factum itaque erit agendum. [VIII, 7.]

Plin. h. n. 17, 1. Fuit et arborum cura legibus priscis; cautumque est XII tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas aeris XXV. Gai. 4, 11. Paul. fr. 1, 11 arb. furt. caes. fr. 28 §. 6 de iureiur.[81]) [VIII, 11.]

3) Ius quod pertinet ad actiones.

Porphyr. ad Hor. Sat. 1, 9, 76. Lege XII tab. his verbis cautum est: si in ius vocat, ni it, antestator; igitur em capito. Cic. de leg. 2, 4, 9. Auct. ad Herenn. 2, 13, 19. Gell. 20, 1, 25. Lucilius satir. 17 ap. Non. Marc. de propr. serm. 1, 20. v. Calvitur.[82]) [I, 1.]

Fest. v. Struere p. 310 Müll. — aut in XII quod est: 'si calvitur, pedemve struit: manum endo iacito', — Fest. v. Pedem struit. p. 210 Müll. Gai. fr. 233 pr. de V. S. Lucil. l. c.[83]) [I, 2.]

Gell. n. a. 20, 1, 25. Verba sunt haec de lege: Si in ius vocat, si morbus aevitasve vitium escit, qui in ius vocabit iumentum dato; si nolet, arceram ne sternito. Varro de L. L. 4, 31 et ap. Non. Marc. de propr. serm. 1, 270.[84]) [I, 3.]

---

p. 120. 80) Ulp. fr. 6, §. 1 de re iud. 81) Gai. lib. I ad legem XII tab. fr. 2, 4 arbor. furt. caes. Ulp. fr. 3 eod. Plin. 14, 1. Huschke p. 119 sq. 82) Textum Porphyrionis secundum Carrionis emendationem, quam probant Dirksen p. 140. Puchta, Curs. 2, §. 160. Keller, R. CP. §. 46 n. 540 exhibui; alio modo legendum censet: Bekker, processual. Consumption p. 107 sq. De in ius vocatione et antestatione Idem p. 99 sqq. Hartmann, üb. d. röm. Contumacialverf. Anh. I. 83) Fest.: pedem struit in Duodecim significat fugit, ut ait Servius Sulpicius. 84) Varro c. 31 cit. fin.: Ab aliis etiam dictum arcera, quae etiam in XII tabulis appellatur; quod

Gell. n. a. 16, 10, 5. Namque Ennius verbum hoc ex duodecim tabulis vestris accepit, in quibus, si recte commemini, ita scriptum est: Adsiduo vindex adsiduus esto. Proletario iam civi, cui quis volet vindex esto. — Ibid. §. 6.[85]) [I, 4.]

Auct. ad Herenn. 2, 13, 20. Pacta sunt, quae legibus observanda sunt, hoc modo: Rem ubi pagunt, orato; ni pagunt, in comitio, aut in foro ante meridiem causam conicito. Gell. 17, 2, 10. Priscian. art. grammat. 10, 5, 32. Quinctil. inst. orat. 1, 6. Censorin. de die nat. 23. Plin. h. n. 7, 60. Terentius Scaurus, orthogr. p. 2253.[86]) [I, 6. 7.]

Gell. n. a. 17, 2 §. 10. — in duodecim autem tabulis ita scriptum est: Ante meridiem causam coniciunt, cum perorant ambo praesentes. Post meridiem praesenti litem addicito. Si ambo praesentes, sol occasus suprema tempestas esto. Fest. v. Suppremam p. 305. Müll. Varro de l. l. 5, 2. 6, 3. Plin. 7, 60. Censorin. de die nat. 24. Macrob. Saturn. 1, 3.[87]) [I, 8. 9.]

Gell. n. a. 16, 10, 8. Sed enim cum — — 'vades' et 'subvades' — — evanuerint omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, lege Aebutia lata, consopita sit — etc.[88]) [I, 10.]

Gai. 4, 13. Sacramenti actio generalis erat: de quibus enim rebus ut aliter ageretur lege cautum non erat, de his sacramento agebatur: — — —. 14. Poena autem sacramenti aut quingenaria erat aut quinquagenaria: nam de rebus mille aeris plurisve quingentis assibus, de minoris vero quinquaginta assibus sacramento contendebatur; nam ita lege XII tabularum cautum

---

ex tabulis vehiculum erat factum ut arca, arcera dictum. 85) Cic. top. 2, 10. Varro, de vita pop. Rom. ap. Non. Marcell. §. penult. v. Proletarii. Cf. Gai. libr. I ad leg. XII tab. fr. 22, §. 1 de in ius voc. Assidui cives quinque classium non ab asse dando — Cic. de republ. 2, 22, 40. top. 2, 10. Quinctil. 5, 10, 55. Gell. 16, 10, 15. Charis. 1, p. 58. Paul. Diac. v. Assiduus p. 9 Müll. — Schwegler, R.G. I, p. 745, sed ab adsidendo Huschke, Serv. Tull. Lange, röm. Alterth. 1, p. 343. 86) cf. Gai. libr. I ad leg. XII tab. fr. 22, §. 1 de in ius voc. Keller, R.CP. § 3. 87) Keller l. l. Censorin. de die nat. 24: Sed postea M. Plaetorius tribunus plebis scitum tulit, in quo scriptum est: 'Praetor urbanus, qui nunc est quique posthac fuat, duos lictores apud se habeto, isque usque ad supremam ius inter cives dicito.' 88) Gai. 14, 184. Keller §. 47. Hartmann, Contumacialverf. Anh. II. 89) Verba

erat. at si de libertate hominis controversia erat, et si pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est etc.[89]) [II, 1.]

Gell. n. a 20, 10, 8. 9. Correptio manus in re atque in loco praesenti apud praetorem ex duodecim tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est: si qui in iure manum conserunt. Sed — — — institutum est contra duodecim tabulas tacito consensu, ut litigantes non in iure apud praetorem manum consererent, sed 'ex iure manum consertum' vocarent.[90]) [VI, 5.]

Liv. 3, 44. Advocati puellae (Virginiae) — — postulant, ut — — (Appius Claudius) lege ab ipso lata vindicias det secundum libertatem. — Dionys. Halic. 11, 30. Pomp. fr. 2 §. 24 de O. I.[91]) [VI, 6.]

Fest. v. Vindiciae. Müll. p. 376. — et in XII: 'Si vindiciam falsam tulit, si velit is . . . . tor arbitros tres dato, eorum arbitrio . . fructus duplione damnum decidito.[92]) [XII, 3.]

Gai. libr. VI ad leg. XII tab. fr. 3 de litigios. Rem de qua controversia est, prohibemur in sacrum dedicare; alioquin dupli poenam patimur; nec immerito, ne liceat eo modo duriorem adversarii conditionem facere. Sed duplum utrum fisco, an adversario praestandum sit, nihil exprimitur etc.[93]) [XII, 4.]

Gai. 4, 28. Lege autem introducta est pignoris capio velut lege XII tabularum adversus eum qui hostiam emisset, nec pretium redderet; item adversus eum, qui mercedem non redderet pro eo iumento, quod quis ideo locasset, ut inde pecuniam acceptam

---

Gaii in §. 13 non ad leg. XII tab. referenda, vocem 'lege' non cum 'cautum', sed cum 'ageretur' coniungendam censet Dirksen p. 190 sq. Quod minus probandum videtur, quum 'agere lege' in fontibus vix legatur, et lege XII tab. de quibusdam rebus ut aliter ageretur (leg. act. p. man. iniect. cf. infr.) cautum esse constet. De leg. act. sacr. Keller §. 13—16. Dernburg, krit. Ztschr. I, p. 465. Stintzing, üb. d. Verhältn. d. Leg. act. sacr. zu d. Verfahren durch sponsio praeiudicialis. Römer in d. krit. Ueberschau II, p. 351 sqq. Muther, Sequestration §. 54 sqq. Danz, der sacrale Schutz im röm. Rechtsverkehr cap. IV. 90) Cic. pro Murena 12, Keller §. 14e. Dernburg, p. 467. Römer p. 379. 91) Cic. de republ. 3, 32, 44. Puchta, Curs. §. 161 fin. 92) Gai. libr. VI ad legem XII tab. fr. 19 de usur. Ulp. fr. 9 §. 6 ad exhib. Gratian. Valentin. et Theodos. c. un. Cod. Theod. de usur. rei iudic. 4, 19. Cuiac. observv. 5, 21 hunc locum ita restituit: 'Si vindiciam falsam tulit, rei sive litis arbitros tres dato; eorum arbitrio fructus duplione damnum decidito. Keller §. 14d. 93) Legem XII tab. de re

in dapem, id est in sacrificium impenderet. — Gai. fr. 238 §. 2 de V. S.[94]) [XII, 1.]

Gell. n. a. 20, 1, 45 sqq. Sic enim sunt, opinor, verba legis: Aeris confessi rebusque iure iudicatis triginta dies iusti sunto. Post deinde manus iniectio esto, in ius ducito. Ni iudicatum facit aut quis endo eom iure vindicit, secum ducito, vincito aut nervo aut compedibus. Quindecim pondo ne minore aut si volet maiore vincito. Si volet suo vivito. Ni suo vivit, qui eum vinctum habebit, libras farris endo dies dato. Si volet plus dato. Erat autem ius interea paciscendi ac, nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad praetorem in comitium producebantur, quantaeque pecuniae iudicati essent, praedicabatur. Tertiis autem nundinis capite poenas dabant aut trans Tiberim peregre venum ibant. Sed eam capitis poenam sanciendae, sicut dixi, fidei gratia horrificam atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare, si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me istam forte formidare: Tertiis, inquit, nundinis partis secanto. Si plus minusve secuerunt, se fraude esto. — Gell. 15, 13, 11. Gai. 3, 78. 4, 21. Gai. fr. 234 §. 1. 2 de V. S. Donat. ad Terent. Phorm. 2, 1, 20. Quintil. inst. orat. 3, 6, 51. Tertull. apol. 4.[95]). [III, 1—6.]

Ulp. libr. LXXIV ad Edict. fr. 2 §. 3 si quis caution. — Et ideo etiam Lex duodecim tabularum, si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffissum. Cic. de off. 1, 12, 37. Hostis apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Indicant XII tabulae, ut status dies cum hoste. — Fest. v. Reus p. 273 Müll. Numa in secunda tabula secunda lege in qua scriptum est: 'quid horum fuit unum iudici arbitrove reove eo die diffensus esto.'

---

litigiosa egisse colligitur ex voce 'exprimitur.' 94) Huschke, Nexum p. 204. Keller, R. CP. §. 20. 95) Ulp. fr. 4 §. 5 de re iudic. Gai. fr. 7 eod. Idem libr. VI ad leg. XII tab. fr. 238 §. 2 de V. S. Bethmann-Hollweg, CPr. §. 28.

Gell. 20, 1, 27. 16, 4, 3. 4. Fest. v. Sonticum morbum p. 290 Müll.[96]) [II, 2.]

Fest. v. Vagulatio. Müll. p. 374. Vagulatio in L. XII significat quaestionem cum convicio. 'Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.' — Fest. v. portum. Müll. 233.[97]) [II, 3.]

Keller §. 83 ibique ll. 96) Puchta, Curs. §. 174 kk. Keller §. 69 not. 829. 97) Puchta §. 160 d hunc locum de in ius vocatione intelligit. Haubold, de ritu obvagulationis apud Romanos. Commentatio in opusc. acad. I, p. 147 sqq.

Aliae leges,
quae ad ius civile spectant.

I. Ius quod pertinet ad personas.

A. Servitus.

Lex Aelia Sentia[98]).

4. p. Chr. S. Aelio Cato et C. Sentio Saturnino Coss.

1) De minoribus triginta annis manumissis.

a) Servus minor triginta annorum civis Romanus non fit, nisi causa apud consilium[99]) probata vindicta[100]) manumissus est. — Gai. 1, 18. Ulp. 1, 12. Dosith. de manum. §. 13.

b) Minor XXX annorum causa non probata manumissus in libertate est, sive vindicta, sive testamento manumissus. — Gai. 1, 17. Theoph. ad §. 4 Inst. de libert.[101]).

c) Iis, qui in libertate morantur, si uxores duxerunt vel cives Romanas vel Latinas coloniarias vel eiusdem conditionis cuius ipsi sunt, idque testati sunt adhibitis non minus quam septem testibus civibus Romanis puberibus, et filium procreaverunt et is filius anniculus est — permittitur adire praetorem vel in provinciis praesidem provinciae, et adprobare se ex lege Aelia Sentia uxores duxisse et ex ea filium anniculum ha-

---

98) Heineccius synt. ed. Haubold p. 97—110. Rein, röm. PR. p. 276 sqq. Walter, R. RG. §. 459. Puchta, Curs. d. Inst. §. 213 sub 2, 3. v. Vangerow, üb. die Latini Iuniani Marb. 1833. 99) De consilio v. Gai. 1, 20. Ulp. 1, 13. Paul. fr. 27 de manum. test. Ulp. fr. 2 pr. de offic. eius cui mand. Dio Cass. 55, 13 fin. Aes Salpens. c. 28. Orelli inscr. 2676. De iusta causa Gai. 1, 19. 39 ibique Böcking. annot. 100) Censu et testamento manumissos ad civitatem non pervenisse ex Gaii verbis vix coniiciendum esse, sed causa probata nonnisi vindicta Romanos manumittere consuetos fuisse, censet Schmidt, krit. Bemerkgg. (Progr. Friburg 1856) p. 21 sqq. Sed quum constet, dominos minores XX annorum nonnisi vindicta ita, ut manumissi ad civitatem pervenirent, potuisse manumittere (Gai. 1, 40) idem de minoribus XXX annorum probabilius videtur. 101) v. Vangerow l. c. §. 5. Schmidt l. c. p. 27 sqq. De Ulpiani loco (1, 12) corrupto v. Böcking ad h. l. Schmidt p. 30 sqq. Haec legis dispositio sublata est c. 2 commun. de

is, apud quem causa probata est, id *ita* esse *pro*-
unc et ipse manumissus et uxor eius, *si et ipsa*
ditionis est, cives Romani esse iubentur. — *Gai.*
6. 3, 5. 73. Ulp. 7, 4.[102]).
no qui solvendo non est, servus testamento *liber*
et heres institutus, et si minor sit triginta anno-
Romanus et heres fit, si tamen alius ex eo testa-
heres sit; quod si duo pluresve liberi heredes-
si sint, primo loco scriptus liber et heres fit. —
Gai. 1, 21. Cels. fr. 60 de hered. instit. Dos. de
.6. fr. 42. 43. 55. 57. 83 pr. 88 de hered. instit.
anum. testam.[103])
numissi dediticiorum numero sunt.
dominis poenae nomine vincti sunt, quibusve sti-
a sunt, deve quibus ob noxam quaestio tormentis
in ea noxa fuisse convicti sunt, quique ut ferro
is depugnarent, traditi sunt, inve ludum custo-
i fuerunt, et postea vel ab eodem domino vel ab
., eiusdem conditionis liberi fiunt, cuius conditio-
rini dediticii.
dediticiorum numero sunt, nullo modo ex testa-
possunt, non magis quam qui liber peregrinusque
estamentum facere possunt. Pessima itaque liber-
qui dediticiorum numero sunt; nec ulla lege aut
to aut constitutione principali aditus illis ad civi-
m datur. Quin et in urbe Roma vel intra cente-
Romae miliarium morari prohibentur; et si contra
bonaque eorum publice venire iubentur ea condi-
n urbe Roma vel intra centesimum urbis Romae
iant, neve umquam manumittantur; et si manu-
servi populi Romani esse iubentur. — Gai. 1, 13.

Idem lege Junia cautum fuisse dicitur. Gai. 1, 80. Ulp.
ex Aelia de iis, qui causa non probata manumissi in liber-
, lex Iunia, quum Latinos eosdem esse iuberet, denuo con-
Vangerow l. l. §. 2. Schmidt l. l. not. 31. Quod
minoribus XXX annorum manumissis tantum constituerat,
manumissos, ut cives non fierent, extensum est. Gai. 1,
causae probatione v. Trekell, sel. antiq. Rom. p. 1, c. 3
ann-Hollweg, de causae probatione. Berl. 1820. v. Van-
99. Zimmern, R. RG. 1, p. 779 sqq. 103) Cf. Gai.

25—27. Ulp. 1, 11. Paul. r. s. 4, 12 §. 3—8. Theoph. ad §. 3 I. de libert. Sueton. Octav. 40. Tib. 9. Plin. paneg. 33. Isidor. or. 9, 4 §. 49. Salvian. adv. avarit. 3, 7. Augustin. ad Galat. 6 fin. Dio Cass. 71, 11.[104])

3) De domino XX annis minore manumittente.
Minori XX annorum domino non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta apud consilium[105]) iusta causa[106]) manumissionis adprobata fuerit.[107]) — Gai. 1, 38. Ulp. 1, 13. Iul. fr. 7 §. 1 qui et a quib. manum. Ulp. fr. 1 de manumiss. Modestin. fr. 16 eod. Paul. fr. 24 de manumiss. vind. Theophil. ad §. 4 I. qui et quib. ex caus. manum. Aes Salpens. r. 28.

4) De manumissione in fraudem creditorum vel patroni facta.
Qui in fraudem creditorum vel in fraudem patroni manumissi sunt, liberi non fiunt.[108]) — Gai. 1, 37. 47. Ulp. 1, 15 pr. I. qui et quib. ex caus. manum. ibique Theophil. Dos. de manum. §. 16.

5) Poena ingratorum libertorum. Adrian. sent. §. 3. Cf. Paul. fr. 70 pr. de V. S. Ulp. ad leg. Ael. Sentiam fr. 30 qui et a quibus manumissi.

6) Patronus, qui libertum, ut operarum pretium solvat, obligat, ius patroni amittit. Terentius Clem. fr. 32 §. 1 qui et a quib. manum. Paul. ad leg. Ael. Sent. fr. 6 §. 1 de iure patron. Ulp. fr. 5 §. 22 de agnosc. et alend. lib. Alexand. c. 6 pr. de oper. lib.

7) Qui ad iurandum libertum adegit, ne uxorem ducat, vel libertam, ne nubat, ius patronatus amittit. Paul. ad leg. Ael. Sent. fr. 6. 15 de iur. patron. Ulp. fr. 3 §. 5 de suis. Iulian. fr. 24 de bon. libert. Terent. Clem. fr. 31. 32 pr. qui et a quib. manum.

2, 154. 160. 276. 104) Etiam qui in ea causa est, ut ex lege Aelia Sentia manumissus in dediticiorum conditionem perveniat, liber et civis fit, si ab eo domino, qui solvendo non est, testamento liber esse iussus et heres institutus est. Ulp. 1, 14. Tota haec legis Aeliae Sentiae dispositio sublata est c. unic. de dedit. libert. toll. 105) Ulp. 1, 139. v. not. 106) Gai. 1, 39 v. not. 107) Testamento etiam causa probata minori XX annorum manumittere non permissum erat. Gai. 1, 38. 40. 108) Gai. 1, 47 — etiam hoc ad peregrinos pertinere: senatus ita censuit ex auctoritate Hadriani: cetera vero

Lex Iunia Norbana.[109])

19. p. Chr. M. Iun. Silano et L. Norbano Balbo Coss.

1) Qui non vindicta, censu, testamento manumissi, voluntate domini in libertate morantur, liberi et Latini esse iubentur. Gai. 1, 17. 22. Ulp. 1, 12. 6. 10. 3, 56. Dosith. de manum. §. 5—8.
2) Qui ab eo, cuius ex iure Quiritium non erant, sed in bonis tantum, manumittuntur, Latini fiunt. Gai. 1, 167. 35. Ulp. 1, 16. 22, 8.
3) Minores triginta annorum, qui non causa probata vindicta manumissi in libertate morantur, liberi et Latini fiunt.[110]) Gai. 1, 17. 29. 31. Theoph. §. 4 I. de libert.
4) Qui ex lege Iunia liberi et Latini facti sunt.[111])
   a) Ius commercii habent. Ulp. 19, 4.
   b) Etiam testamenti factionem. Ulp. 11, 16. 20, 8.
   c) Testamentum facere non possunt. Ulp. 20, 14. §. 4 I. de succ. libert. Gai. 1, 23. 3, 72.
   d) Capere hereditatem vel legatum prohibentur. Ulp. 22, 3. 17, 1. 25, 7. Gai. 1, 23. 2, 110. 275.
   e) Per fideicommissum capere possunt. Gai. 1, 24. 2, 275. Ulp. 25, 7.
   f) Tutores dari non possunt. Ulp. 11, 16. Gai. 1, 23.
   g) Impuberes in tutela eius sunt, cuius ante manumissionem ex iure Quiritium fuerunt. Ulp. 11, 19. Gai. 1, 167.
   h) Eorum bona iure quodammodo peculii ad manumissores pertinebant. Gai. 3, 56 §. 4 Inst. de succ. libert. c. un. pr. §. 12 de Lat. libert. toll. Plin. epist. 10, 4. Dosith. de manum. 4—8.

Lex Furia Caninia.[112])

2. a. Chr. S. Furio Camillo et C. Caninio Gallo Coss.

Lex Furia Caninia iubet testamento ex tribus servis non plures quam duos manumitti; et usque ad decem dimidiam partem

iura huius legis ad peregrinos non pertinere. 109) v. Vangerow l. l. Puchta, Curs. d. Inst. II § 213. 217. 110) Iam lege Aelia Sentia id cautum esse contendit Burchardi, Staats- und Rechtsgesch. der Röm. §. 80. Sed v. Gai. 1, 22. 3, 56. Ulp. 1, 10. Dosith. de manum. §. 8. 12. §. 3 I. de libert. 111) Eos tantum, qui sub 1) nominati sunt, Latinos Iunianos nominari et iure eorum uti censet Puchta, Curs. d. Inst. §. 217. Quod verum non est. Ulp. 22, 8. 112) Schulting ad Gai. epit. 1, 2. 1. Ephr. Ger-

manumittere concedit; a decem usque ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, aeque ut ex priori numero; a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero liberari possint; a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex antecedenti numero viginti quinque possint fieri liberi, et denique praecipit, ne plures omnino quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant, ita ut qui supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute permaneant, illis autem, qui prius manumissi sunt usque ad numerum legitimum, libertas valeat. Itaque eadem lex cavit, ut libertates servis testamento nominatim et certo ordine scriptis dentur. Si testamento scriptis in orbem servis libertas data sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli liberi erunt: quia lex Furia Caninia quae in fraudem eius facta sint, rescindit. Ulp. 1, 24. 25. Gai. epit. 1, 2. Gai. 1, 42—46. 139. 2, 228. Paul. s. r. 4, 14. Iustinian. c. un. de leg. Fur. Canin. toll. I. de leg. Fur. Canin. sublata. Sueton. Octav. 40 Vopisc. Tacit. 10. Paul. lib. sing. ad leg. Fur. Canin. fr. 37 de condit. et demonstr. fr. 215 de V. S. Theod. et Valent. c. 28 de Iudaeis Papin. fr. 22 §. 1 de fideic. libert. Gai. fr. 24 de manum. test.

Lex Petronia[113]) (leges Petroniae?)

61. p. Chr. C. Petronio Sabino Turpilliano et C. Caesonio Paeto Coss.?

1) Post legem Petroniam et Senatusconsulta ad eam legem pertinentia dominis potestas ablata est, ad bestias depugnandas sine arbitrio servos tradere; oblato tamen iudici servo, si iusta sit domini querela, sic poenae tradetur. Modestin. fr. 11 §. 2 ad leg. Cornel. de sic. Orelli inscript. 3679.[114])

2) Lege Iunia Petronia, si dissonantes pares iudicum existant sententiae, pro libertate pronuntiari iussum. Hermogen. fr. 24 pr. de manum.[115]).

---

hard diss. de leg. Fur. Canin. Heineccius 1, 7, 1 sqq. Puchta, Curs. II §. 213 4.) 113) Heineccius 1, 8, 5. Puchta, Curs. §. 212. 107. not. o. v. Savigny, Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft IX, p. 374 5. 114) cf. Marcian. fr. 42 de contr. emt. Gell. 5, 14. De dominica potestate coërcenda Sueton. Claud. 25. Spartian. Hadrian. 17. Ulp. fr. 2 de his qui sui. Collat. leg. mos. et rom. 3, 2. Gai. 1, 53 ibique Böcking. adnot. 115) Cf.

B. Matrimonium.

Lex Canuleia.[116]

445. a. Ch. plebiscitum C. Canuleii, tribuni plebis.

Plebiscito Canuleio abrogata est lex duodecim tabularum, ne connubia plebi et patribus essent. Cic. de rep. 2, 37, 63. Liv. 4, 1—6. cf. Flor. 1, 25. Dionys. 10, 60. 11, 28.[117]

Lex Mensia.[118]

Lex Mensia[119] ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet. Ulp. 5, 8. cf. 9. Gai. 1, 78. 79. cf. 67. Ulp. fr. 24 de stat. hom. Boeth. 5 ad Cic. top. 4 §. 20. 13 §. 53.

Legis Iuliae de adulteriis caput de fundo dotali.[120]

Lege Iulia de adulteriis cautum est, ne maritus dotale praedium invita uxore alienare neve consentiente ea pignori obligare possit quamvis ipsius sit vel mancipatum ei dotis causa vel in iure cessum vel usucaptum. Gai. 2, 63. Paul. r. s. 2, 21 B §. 2 fr. 16 de test. mil. tit. Dig. de fundo dotali. Cod. eod. c. 1 §. 15 Iustinian. de rei uxor. action.[121]

Legis Iuliae caput de divortio certo modo faciendo.[122]

Lege Iulia nullum divortium ratum est, si repudium per libertinum missum non est septem civibus Romanis puberibus adhibitis praeter libertum eius, qui divortium facit. Ulp. fr. un. fin. unde vir et uxor. Gai. fr. 43 ad leg. Iul. de adult. Paul. fr. 9 de divort. Ulp. fr. 35 de donat. int. vir. et uxor.

Paulus fr. 38 pr. de re iud. 116) Niebuhr, römische Geschichte II. p. 380. 435. Peter, Epochen der Verf. der röm. Rep. p. 82 sqq. Lange, röm. Alterthümer §. 76 p. 476. Rossbach, Untersuchgg. über die röm. Ehe S. 391. 452 sqq. 117) Etiam post leg. Canuleiam patriciae cum plebeio nuptias a patriciis improbatas esse apparet ex Liv. 10, 23. 118) Rossbach l. l. p. 465. Puchta, Curs. §. 217h. Walter, R. RG. §. 436. 119) SC. quod auctore divo Hadriano factum est idem constitutum est. Gai. 1, 77. Itaque Puchta l. l. Ulpianum 5, 8 de lege Aelia Sentia scripsisse putat. Cui ass. Böcking ad h. l. 120) Heineccius IV, 18, 51. Zimmern, R. RG. 1 §. 160 p. 583. Bachofen, Ausgew. Lehren. 3. Schirmer, die Grundidee der Usucapion im röm. R. p. 210 sqq. 121) c. 1 §. 15 cit. Iustinianus quod lex Iulia de praediis Italicis caverat, ad praedia provincialia extendi constituit. 122) Zimmern, 1 §. 154 p. 565. Wächter, üb. Ehescheidgg. bei

C. Tutela et cura.

Lex Claudia.[123])

Feminarum (puberum) legitimas tutelas lex Claudia sustulit, excepta tutela patronorum. Ulp. 11, 8. Gai. 1, 157. 171. 172.[124])

Lex Atilia[125])

ante a. 188. a. Chr. (Liv. 39, 6).

Si cui (feminis pupillisve) nullus omnino tutor est, ei datur in urbe Roma ex lege Atilia a praetore urbano et maiore parte tribunorum plebis, qui Atilianus tutor vocatur. Gai. 1, 185. 195. Ulp. 11, 18. Gai. epit. 1, 7, 2. pr. I. de Atiliano tut. ibique Theoph.

Lex Iulia et Titia.[126])

In provinciis eiusmodi tutor a praesidibus datur ex lege Iulia et Titia. Ll. ad leg. Atiliam U. cf. Cic. in Verr. 2, 1, 56 §. 146. Diod. fragm. 36 ed. Bip. T. X p. 180 cf. Aes Salpens. r. 29 de tutorum datione.

Lex Plaetoria[127])

ante a. 183. a. Chr. (Plaut. Pseudol. 1, 3, 69. Rudens 5, 4, 24).

Minoribus XXV annorum circumscriptis lege Plaetoria subventum est, non solum accusatione in eos data, qui circum scripserant, sed etiam exceptione et restitutione. Eadem lege cautum est, ut minoribus certis ex causis petentibus curatores darentur. Plautus ll. ll. Priscian. 8, 4. 18, 9. Cic. de nat. deor. 3, 30. de offic. 3, 15. Tab. Heracl. 3. Capitol. Marc. 10. c. 20 Cod. Theod. de donat. Paul. fr. 7 §. 1 de except.

---

d. Röm. p. 160—162. 123) v. Savigny, Beiträge zur Geschichte der Geschlechtstutel, Ztschr. f. gesch. Rw. III, N. 10. Gans, Scholien zum Gaius p. 191 sqq. Zimmern, RG. 1, p. 875. Walter, RG. §. 527. 124) Tutelas legitimas feminarum pupillarum non sublatas esse dubitatione exorta constitutum est. Leo c. 3 de legit. tut. ('lege Claudia sublata'?) c. 2 Cod. Theod. de tutor. 125) Heineccius 1, 20, 9. 10. Gans l. l. p. 200 sqq. Zimmern 1, p. 879 sq. Huschke, de privilegiis Fescenniae Hispalae Scto concessis. Gott. 1822, p. 52 s. Dirksen, vermischte Schriften I, 1, das atilische Gesetz. 126) Heineccius, I, 20, 11 et in not. U. Rudorff, Vormundschaft I, p. 357 sqq. 127) Heineccius I, 23, 6. v. Savigny, von dem Schutz der Minderjährigen im röm. R., Ztschr. für gesch. Rw. X, p. 232 u. in verm.

II. Ius quod pertinet ad res.

A. De rerum dominio.

Lex Atinia.[128])

197. a. Chr. plebisc. L. Atinii Labeonis?

Legis veteris Atiniae verba sunt: quod subruptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto — Gell. 17, 7, 1 — nisi in potestatem eius, cui subrepta est, revertatur. Paul. fr. 4 §. 6 de usurp. fr. 215 de V. S. Iulian fr. 33 de usurp. §. 2 Inst. de usucap. Gell. 17, 7. — Leges Atiniae? Cic. Verr. 1, 42, 109. Philipp. 3, 16, 16. Pseudoasc. p. 190. Plin. 3, 6.[129])

Lex Iulia et Plautia.[130])

Rem vi possessam usucapi prohibet lex Iulia et Plautia. Gai. 2, 45. §. 2 Inst. de usucap. ibique Theoph. (qui de duabus legibus loquitur: *ὁ Ἰόυλιος καὶ ὁ Πλαύτιος*) Iul. fr. 33 §. 2 de usurp. (lex Plautia et Iulia) Venulei. sub v. bon. rapt. Quod vi possessum raptumve sit, antequam in potestatem domini heredisve eius pervenit, usucapi lex vetat.[131])

Lex Iulia repetundarum.[132])

59. a. Chr. (Caesaris).

Eius quod contra legem repetundarum proconsuli vel praetori donatum est, usucapionem lex Iulia repetundarum impedit, prius-

---

Schriften II, n. 18. Puchta, Curs. §. 209. 299 3.) Walter, RG. §. 529 Orelli index legum p. 231. Marezoll, ad Tab. Heracl. p. 139. Dirksen,. Beiträge zur Kunde des R. R. p. 195. 128) Retes ad leg. Atiniam ap. Meermann, Thes. VI, p. 448 sqq. Heineccius II, 6, 4. Orelli, Index legum p. 140. Unterholzner, Verjährungslehre I §. 59. Puchta, Curs. §. 239 fin. Böcking, Pand. §. 145b. Schirmer, die Grundidee der Usucapion §. 4 p. 124 sqq. 129) Vid. sup. pag. 10. De ratione, quae inter leg. XII tab. et legem Atiniam intercedit v. Dirksen p. 592. Schrader, ad §. 2. Inst. de usuc. p. 250. 130) Heinecc. 2, 6, 5. Index leg. p. 194 sqq. 233 sqq. Unterholzner I §. 72. Schrader ad §. 2 cit. p. 250. Böcking §. 145 c. Wächter, Neu. Arch. des Cr.R. 3, p. 8 sqq. 217 sqq. Schirmer l. l. p. 126 not. 73 p. 204 not. 198. 131) De Gaii verbis 2, 49: Quod ergo dicitur, furtivarum rerum et vi possessarum usucapionem per legem XII. tabularum prohibitam esse vid. Böcking §. 145c. Schirmer p. 79. 125 not. 72. 132) Heinecc. IV, 18, 75. Unterholzner I §. 75. Orelli, index legg. p. 191.

quam in potestatem eius, a quo profecta res sit heredisve eius veniat. Paul. fr. 8 de leg. Iul. repetund. fr. 48 pr. de acquir. rer. dom.

Lex Mamilia.[133])

Finium agrorum intra quinque pedes usucapionem lex Mamilia prohibet.[134]) Cic. de leg. 1, 21, 56 fin.

Lex Scribonia.[135])

Eam usucapionem sustulit lex Scribonia (Hal. Voconia), quae servitutem constituebat.[136]) Paul. fr. 4 §. 29 de usurpatione.

B. De heriditatibus.

Lex Furia testamentaria.[137])

plebisc. C. Furii trib. pleb.

Lex Furia testamentaria plus quam mille assium legatum mortisve causa prohibet capere praeter exceptas personas et adversus eum, qui plus ceperit, quadrupli poenam constituit. — legatum non rescindit itaque minus quam perfecta lex est. Ulp. 1, 2. Gai. 2, 225 pr. Inst. de leg. Falc. ibique Theophil. Varro, fragm. de vita pop. Rom. Bip. v. 247 sq. Cic. pro Balbo 8, 21. Verr. 2, 1, 42 §. 109.

Lex Furia sex gradus et unam personam ex septimo gradu excepit, sobrino natum, et eos, qui in eorum potestate manu mancipio, et quorum ipsi in potestate manu mancipio sunt. Fragm. Vat. 301. Ulp. 28, 7.[138])

Adversus eum, qui contra eam legem plus cepisset, lex Furia quadrupli legis actionem per manusiniectionem constituit Gai 4, 23,

---

Schirmer p. 303. 133) Unterholzner I §. 53. Walter, R. RG. §. 547. Puchta, Curs. §. 234. Mommsen in d. Feldmesserschr. II p. 221 sqq. Schirmer p. 110 sq. 134) V. sup. p. 11. 135) Unterholzner II, §. 196. Puchta §. 256 fin. Elvers, röm. Servitutenlehre p. 651. 136) Servitutes praediorum urbanorum tantum ante legem Scriboniam usucapi potuisse certe coniicitur ex §. 29 cit. argumento et ex diversa servitutum praediorum urbanorum et rusticorum natura. Cf. Paul. fr. 14 pr. de servit. 137) Heineccius II, 20, 15. Index leg. Orell. p. 178. Puchta III, §. 321. 4. 2, 162. Walter §. 641. Keller, R. CP. §. 19. Huschke, R. d. Nexum p. 142 p. 143 n. 199. 138) Klenze, Cognaten und Affinen, Ztschr. für gesch. Rw. VI, p. 102.

eamque puram Gai 4, 23. 24: in forma legis Furiae testamentariae pro iudicato verbum inseritur, cum in ipsa lege non sit.[139]).

Lex Voconia.[140])

169. a. Chr. plebisc. Q. Voconii trib. pleb.

Lege Voconia cautum est:

1) Qui centum millia aeris census esset, ne quis mulierem heredem institueret. Gai. 2, 274. Dio Cass. 46, 10. Cic. de leg. 2, 20 sq. Verr. 2, 1, 41. 42 §. 107 sqq. cum Pseudoasc. ad h. l. pro Balbo 8, 21. Cato mai. 5, 14. Augustin. de civ. dei 3, 21. Liv. epit. 41. Gell. 7 (6 ed. Hertz), 13. 17, 6, 1. 20, 1, 23. Paul. R.S. 4, 8, 22. — Excepta est hereditas virginis Vestalis Cic. de republ. 3, 10, 17.
2) Qui centum millia aeris census esset, ne quis plus legaret, quam ad heredem heredesve perveniret. Cic. Verr. 2, 1, 43 §. 110 de finib. 2, 17, 55. Gai. 2, 226. Quinctil. declam. 264.
3) Lex Voconia introduxit vicesimam hereditatum. Plin. panegyr. 42 cf. Dio Cass. 55, 25.[141]).

Lex Falcidia.[142])

40. a. Chr. plebisc. P. Falcidii trib. pleb. (Appian. b. c. 5, 67. Dio Cass. 47, 33).

Lex Falcidia lata est, quae primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem his verbis: qui cives Romani sunt, qui eorum post hanc legem rogatam testamentum facere volet, ut eam pecuniam easque res quibusque dare legare volet, ius potestasque esto, ut hac lege sequenti licebit. Secundo capite modum legatorum constituit his verbis: quicumque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique

---

139) Keller, Huschke l. l. 140) Perizonius, dissert. trias. Daventriae 1679. Diss. II. Kind, de lege Voconia dissert. Lips. 1820. v. Savigny, üb. d. lex Voconia, Verhdlgg. d. Berl. Akad. 1820 p. 219—238. Zimmern, üb. d. lex Voconia in Neustetel und Zimmern, römisch-rechtl. Untersuchgg. I, p. 311 sqq. Schilling, Bemerkgg. üb. röm. RG. p. 105 sqq. Hasse, zur lex Voconia, Rh. Mus. für Jurispr. III, p. 183 sqq. 309 sqq. Sauppe im Index leg. Orell. p. 244 sqq. Giraud, du vrai caractère de la loi Voc. Paris 1841. Bachofen, die lex Voc.; ausgew. Lehren p. 326 sqq. 141) Bachofen, lex Voc. §. 29, ausgew. Lehren p. 322. 142) Jac. Voorda, Comment. ad leg. Falc. Traj. ad Rhen. 1730. Heineccius 2, 20, 18. 19. 20. Bachofen,

civi Romano pecuniam iure publico dare legare volet, ius potestasque esto, dum ita detur legatum, ne minus, quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant. Eis, quibus quid ita datum legatumve erit, eam pecuniam sine fraude sua capere liceto; isque heres, qui eam pecuniam dare iussus damnatus erit, eam pecuniam debeto dare, quam damnatus est. Paul. libr. sing. ad leg. Falcid. fr. 1 pr. ad leg. Falcid. r. s. 3, 8, 1. pr. Inst. de leg. Falcid. Gai. 2, 227 epit. 2, 6. Ulp. 24, 32. Tit. ad leg. Falcid. et si cui plus, quam per leg. Falcid., Cod. ad leg. Falcid. Isidor. orig. 5, 15, 2. Suidas v. φαλκίδιος. Papias v. Falcidia. Euseb. chron. a. 5160. Orell. inscr. 3116. cf. Plin. ep. 5, 1, 9.[143])

Lex Cornelia.[144])

80 a. Ch. Cornelii Sullae dictatoris? (Hase p. 193 sq.)

Bona eorum, qui in hostium potestatem pervenerint, atque ibi decesserint, sive testamentifactionem habuerint, sive non habuerint[145]), ad eos pertinent, ad quos pertinerent, si in potestatem hostium non pervenissent; idemque ius in eadem causa omnium rerum iubetur esse lege Cornelia, quae futura esset, si hi, de quorum hereditatibus et tutelis constituebatur, in hostium potestatem non pervenissent. Iulian. fr. 22 pr. de captiv. §§. sqq. eod. fr. 12 qui testam. fac. poss. fr. 28 de vulg. et pupill. substit. Saevol. fr. 29 eod. Ulp. 23, 5 fr. 1 pr. de suis et legitim. fr. 6 §. 12 de iniust. rupt. Paul. r. s. 3, 4 A, 8. fr. 1 §. 1 fr. 18 pr. ad leg. Falcid. fr. 39 de test. mil. fr. 4 §. 1 de bon. libert. Tryphon. fr. 12 §. 1 de captiv. Iavolen. fr. 15 de iniust. rupt. Papin. fr. 10. 11 de captiv. fr. 14 pr. de castr. pecul. §. 5 Inst. quib. n. e. permiss. fac. test. Diocl. et Max. c. 9 de postlim.

---

ausgew. Lehren p. 328. 143) SC. Pegasiano constitutum est, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque e lege Falcidia in legatis retinendi ius conceditur: ex singulis quoque rebus quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est Gai. 2, 254. Ab Antonino Pio lex Falcidia inducta est etiam in intestatorum successionibus Paul. fr. 18 pr. ad leg. Falcid. Legem testatoris voluntate excludi posse constituit Iustinian. Nov. 1 c. 2. cf. c. 1 §. 1. 2. 144) Bach, hist. iurispr. Rom. l. 2 c. 2 §. 782. Hugo, R. RG. (10. Aufl.) p. 648 sqq. Schilling, Bemerkgg. über R. RG. p. 285 sqq. Hase, d. ius postlim. u. d. fictio leg. Corneliae p. 189 sqq. Puchta, Curs. §. 220h. 145) Cf. fr. 10 §. 1

Lex Iunia Velleia. [146])

9. p. Chr. [147])

Lex Velleia voluit vivo testatore natos non rumpere testamentum.

Primum caput eos spectat, qui quum nascerentur, sui heredes futuri essent. Ii, si virilis sexus sunt, instituendi aut exheredandi sunt, ne testamentum rumpatur. Postumae non institutae aut nominatim exheredatae, legato iis relicto, testamentum non rumpunt. [148]) Ita verba sunt: Qui testamentum faciet, is omnis virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit et cetera, etiamsi parente vivo nascantur.

Sequenti parte succedentes in locum liberorum non vult lex rumpere testamentum. Verba ita sunt: Si quis ex suis heredibus suus heres esse desierit, liberi eius, et cetera, in locum suorum sui heredes succedunto. — Scaevol. fr. Gallus 29 §. 11—14 de lib. et postum. §. 5. 6. 7 eiusd. Ulp. fr. 3 §. 1 iniusto rupto. Gai. fr. 13 eod. §. 2 Inst. de exhered. liber.

C. De donationibus.

Lex Cincia de donis et muneribus.

204. a. Chr. plebisc. M. Cincii Alimenti trib. pleb. [149])

1) Lex Cincia supra certum modum donari prohibet fr. Vat. 304. Ulp. 1, 1. Paul. R. S. 5, 4, 6. Cels. fr. 21 §. 1 de donation. Iavol. fr. 24 eod. [150]).
2) Quasdam personas lex Cincia excipit.
   a) Cognatorum quinque gradus excepti sunt et ex sexto una persona, sobrinus et sobrina. fr. Vat. 298 sq.
   b) Excipiuntur et ii, qui in potestate eorum vel manu mancipiove, item quorum in potestate manu mancipiove erunt. fr. Vat. §. 298 sq. 301.

---

de captiv. (utiles actiones). 146) Winkler, de leg. Iunia Velleia, opusc. I. Muehlenbruch, Comment. XXXVI p. 187 sqq. Walter, Röm. RG. §. 604. Francke, NER. p. 23 sqq. Leist, bon. poss. II §. 100 sqq. 147) Leist l. l. §. 101. 148) Leist, l. l. p. 234 sqq. 241. 226 not. 9. 149) Savigny, Ztschr. f. gesch. Rw. IV, 1. Rudorff, de leg. Cinc. Berol. 1825. Francke, civil. Abhdlgg. I. Klinkhammer, de donation. Amst. 1826. Wenck, praef. ad Hauboldi opusc. acad. I p. 37. Hasse, Rhein. Mus. I, p. 185 sqq. 3, 174. Unterholzner, Rhein. Mus. II p. 436. 3 p. 153. Bruns, quid conferant Vat. fragm. 1842 p. 112—139. Savigny, Syst. IV §. 165. Puchta, Curs. §. 206. 150) l. 21. 24 interpolatas esse probabilius videtur Puchta, Curs.

c) Excipiuntur et adfinium personae, ut privignus, privigna, noverca, vitricus, socer, socrus, gener, nurus, vir et uxor, sponsus, sponsa. 302.

d) Excipitur tutor, ut possit pupillo donare. 304.

e) Lex Cincia excipit 'si quis mulieri virginive cognatus dotem conferre volet.' 305.[151])

f) Item excipit 'si quis a servis quique pro servis servitutem servierunt accipit duit.' 307—309.

3) Si plus donatum est, lex Cincia non rescindit. Ulp. 1, 1.[152]) Macrob. somn. Scipion. 2, 17.[153])

4) Lege Cincia cautum est, ne quis ob causam orandam pecuniam donumve acciperet. Tacit. annal. 11, 5; 13, 42; 25, 20. Liv. 34, 4.[154])

D. De obligationibus.

Lex Apuleia.[155])

ante legem Furiam lata,[156]) 390. a. Chr. (Liv. 5. 32)?

Inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia quandam societatem introduxit: nam si quis horum plus sua portione solverit, de eo quod amplius dederit, adversus ceteros actionem habet. Lex Apuleia non tantum in Italia valet. Gai. 3, 122.

Lex Publilia.[157])

383. a. Chr.

Lex Publilia pro iudicato manus iniectionem dedit in eum, pro quo sponsor dependisset, si in sex mensibus proximis, quam

---

§. 206 q. 151) Ratio aequitatis aeque in feminis est. 306. 152) Vid. Boeckingii adnot. 153) Praeterea aliquid lege Cincia de donationibus cautum fuisse (Puchta, Curs. §. 206) nullo modo probari potest. Omnia, quae de donationibus perfectis et imperfectis, de exceptione et replicatione legis Cinciae observabantur — fr. Vat. 266—316. fr. 21 §. 1. fr. 24 de donat. fr. 1 §. 1 quib. mod. pign. fr. 5 §. 2. 5 de dol. exc. — ex interpretatione legis et iuris regulis, quae de dominii acquisitionibus, de doli exceptione, de legibus imperfectis constabant, a iuris consultis constituta sunt. Böcking, Pand. §. 106 q. 'die durch die lex Cincia de donis ac muneribus aufgestellte Beschränkung der Schenkungen auf eine gewisse Summe und das durch dasselbe Gesetz begründete Erforderniss besonderer Formen vollgültiger Schenkungen etc.' Bruns, l. l. Walter, R. RG. §. 580. 154) Cic. de senect. 4 ad Att. 1 ep. ult. Augustus 17 a. Ch. *τοὺς ῥήτορας ἀμισθὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν ἐκέλευσε·* Dio Cass. 54, 18. Zimmern III §. 166. Keller, R. CPr. §. 55. 155) Girtanner, Bürgschaft p. 17. Huschke, Gaius p. 83. 156) Gai. 3, 122. 157) Huschke, R. d. Nex. p. 111.

pro eo depensum esset, non solvisset sponsori pecuniam. Gai. 4, 22. 3, 127.

Lex Furia[158]) (de sponsu).

Sponsor et fidepromissor per legem Furiam biennio liberantur.[159]) Gai. 3, 121. 122. Ulp. fr. 29 §. 6 mand. Venulei. fr. 28 de stip. serv. Paul. fr. 37 de fideiuss. fragm. Vat. 334 cf. fr. 72 de procurat. Basil. cap. ult. de fideiuss. et mandat. 26, 1 (Heimb. III, p. 105) c. 29 restit. de fideiuss. et mandat. Cod. Gregor. de spons. et fideiuss. 12, 1.

Quotquot erunt numeri eo tempore, quo pecunia peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio et singuli viriles partes dare iubentur. Gai. 3, 121. 122; 4, 22.

Lex Furia de sponsu adversus eum, qui a sponsore plus quam virilem partem exegisset, pro iudicato manus iniectionem dedit. Gai. 4, 22.[160])

Lex Furia tantum in Italia locum habet. Gai. 3, 121. 122.

Lex Pompeia.[161])

Lege Pompeia[162]) cautum est, ut is qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua re satis accipiat et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit; et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX. praeiudicium postulare, quo quaeratur an ex ea lege praedictum sit; et si iudicatum fuerit praedictum non esse, liberantur. Gai. 3, 123.

Lex Cornelia.[163])

Beneficium legis Corneliae omnibus commune est: qua lege idem pro eodem apud eundem eodem anno vetatur in ampliorem summam obligari creditae pecuniae, quam in XX milia; et quamvis sponsor vel fidepromissor in amplam pecuniam, velut si sester-

---

Gaius p. 83 sq. Keller, R. CP. §. 19. Girtanner, p. 15 sq. 158) Huschke, R. d. Nex. p. 141. 143. Gaius, p. 84 sqq. Rudorff, Ztschr. für gesch. Rw. XIV p. 440. Huschke, R. d. Nexum p. 142 sq. 159) Keller, R. CP. §. 19. Demelius, Untersuchgg. I p. 10 sqq. p. 16 not. 6. 160) Huschke, l. l. 161) Huschke, Gai. p. 90. Boecking, ad Gai. 3, 123. not. 3. 162) vid. Huschke, l. l. 163) Huschke, Gaius p. 91.

tium C milium nummum se obligaverit, tamen dumtaxat XX damnatur[164]) Gai. 3, 124.

Lex Poetelia.[165])

C. Poetilii dictatoris 214. a. Chr.[166])

Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens vinculum fidei: iussique consules ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset, donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur: pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. Ita nexi soluti, cautumque in posterum, ne necterentur. Liv. 8, 28. —

Hoc C. Poetilio rogante solo dictatore sublatum, ne fieret, et omnis, qui bonam copiam iurarunt, ne essent nexi, dissoluti. Varro de l. l. 7, 5, 105. (Huschke l. l. n. 180. 183.) Dionys. fragm. 16, 19. Cic. de rep. 2, 34.

Lex Aquilia[167]) de damno.[168])

plebisc. Aquilii trib. pleb.[169]) L. Aquilii Galli trib. pleb. 181 a. Chr.?[170])

Lege Aquilia capite primo cavetur: Qui servum servamve alienum alienamve, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum aes dare domino damnas esto. Gai. fr. 2 pr. ad leg. Aquil. Ulp. fr. 21 pr. eod. Gai. 3, 210. 214. §. 15 Inst. de leg. Aquil. Paul. Mos. et Rom. leg. coll. 2, 5, 1. tit. Inst. cit. Dig. cit. Cod. de leg. Aquil. Cic. pr. Tull. 8—11. 41. 42. in Brut. 34, 131[171]) Isidor. orig. 5, 15, 2.

Capite secundo in adstipulatorem,[172]) qui pecuniam in fraudem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res est, tanti actio

---

164) Böcking ad h. l. not. 5. 165) Zimmern, R. RG. 3 §. 46. 47. 78. Savigny, üb. d. altröm. Schuldr. p. 14 sqq. Bachofen, d. Nexum, d. Nexi u. d. Lex Petillia p. 100 sqq. 129 sqq. van Heusde, disq. historico-iuridica de lege Poetelia Papiria. Huschke, R. d. Nex. p. 129 sqq. Puchta, Curs §. 162. Keller, R. CP. §. 83. 166) Huschke, l. l. p. 129 sqq. 167) Heineccius IV, 3. Puchta, Curs. III §. 277, 3. 168) Huschke, Gaius p. 104 sqq. Ulp. fr. 1 pr. ad leg. Aquil.: Lex Aquilia omnibus legibus, quae ante se de damni iniuria locutae sunt, derogavit, sive duodecim tabulis (vid. sup. p. 17), sive alia quae fuit. Cic. p. Tull. 8, 42 in Brut. 34, 131 (lex Aquilia de 'rupitia'). Huschke, l. l. p. 105 sq. Ztschr. für gesch. Rw. XIII, p. 261. 169) Ulp. fr. 1 §. 1 h. t. §. 15. Inst. de leg. Aquil. 170) Pighius, annal. rom. II, p. 330. 171) Cf. Rudorff, Ztschr. für gesch. Rw. XIV p. 388. Huschke, Gaius p. 105 sq., qui legem nostram non tantum privatum, sed etiam publicum iudicium de homine occiso constituisse docet. 172) Gai. 3, 110 sqq. Huschke, l. l. p. 66 sqq.

constituitur. Qua et ipsa parte legis damni nomine actionem introduci manifestum est. Gai. 3, 215. 216. Ulp. fr. 27 §. 4 h. t. §. 12 Inst. h. t.[173])

Tertio autem capite ait eadem lex Aquilia: Ceterarum rerum praeter hominem et pecudem occisos, si quis alteri damnum faxit, quod usserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum aes domino dare damnas esto. Ulp. fr. 27 §. 5 h. t. Gai. 3, 217. 218. §. 13 Inst. h. t. Ulp. Mos. et Rom. leg. coll. 2, 4; 12, 7. Tit. Dig. et Cod. citt. Pomp. fr. 70 §. 1 ad SC. Trebell. Quinctil. decl. 385.

Et infra deinde cavetur, ut adversus infitiantem in duplum actio esset.[174]) Gai. 2 §. 1 h. t. Paul. r. s. 1, 19. Nov. 18 c. 8. L. Róm. Burgund. 15 Schult.[175])

Constitutae sunt autem noxales actiones aut legibus aut edicto: legibus, veluti furti lege XII tabularum,[176]) damni iniuriae lege Aquilia; edicto etc. Gai. 4, 76. §. 4 Inst. de noxal. action. Ulp. fr. 2 §. 1 de noxal. action. Marcell. fr. 5 si fam. furt. fec. dic. Pompon. fr. 56 de O. et A.

D. De actionibus.

Lex Plaetoria[177])

plebisc. M. Plaetorii trib. pleb.

M. Plaetorius tr. pl. scitum tulit, in quo scriptum est: praetor urbanus, qui nunc est, quique posthac fuat, duos lictores apud se habeto, isque usque ad supremam ius inter cives dicito. Censorin. de die natal. 24. Varro de l. l. 6, 89. — Lex Plaetoria id quoque tempus iubet esse supremum, quo praeco in comitio

---

173) Ictorum ante Gaii commentarios inventos de huius capitis argumento opiniones vid. ap. Heineccium IV, 3, 9. 10. De actione, quae ex eodem dabatur vid. Rudorff, annot. ad Puchta, Curs. III §. 277. Ztschr. XIV p. 385 sqq. Huschke, l. l. p. 107 sqq. 174) Legis autem Aquiliae actio 'hero' competit, hoc est domino. Ulp. fr. 11 §. 6 h. t. 175) Huschke, Gaius p. 112 sq. actionem de damno in lege nostra post ipsas demum sanctiones constitutam esse (— infra deinde —), recte admonet. — Utrum lege Aquilia de omnibus actionibus, ubi lis infitiando crescit in duplum, cautum fuerit, an de ipsa tantum ex ea lege actione, de ea quaestione vid. Huschke, Ztschr. XIII p. 267 sqq. Gaius p. 113 (Gai. 4, 21). Contra Rudorff, Ztschr. XIV p. 385 sqq. annot. ad Puchta l. l. 176) Cf. sup. p. 7. 177) Keller, R. CP. §. 3.

supremam pronuntiavit populo. Varro de l. l. 6, 5. Plin. h. n. 7, 60.[178])

Lex Pinaria[179])

rog. L. Pinario praet. 350. a. Chr.?[180]) L. Pinario et Furio coss. 282. a. Chr.?[181])

Qui sacramento inter se provocaverant et, ut ad iudicem accipiendum venirent, denuntiaverant, iis postea reversis dabatur post diem XXX. iudex: idque per legem Pinariam factum est; ante eam autem legem nondum dabatur iudex. Gai. 4, 15. Pseudoascon. p. 164 Orell.

Lex Crepereia?

Ceterum si apud centumviros agitur, summam sponsionis non per formulam petimus, sed per legis actionem: sacramento enim reum provocamus; eaque sponsio sestertiorum CXXV nummorum fit, scilicet propter legem Crepereiam.[182])

Lex Silia.[183])

Haec autem legis actio (per condictionem) constituta est per legem Siliam et Calpurniam, lege quidem Silia certae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. Gai. 4, 19.

Lex Calpurnia.

Gai. 4, 19 cit.

Lex Publilia.

Vid. sup. p. 37 sq.

Lex Furia (de sponsu).

Vid. sup. p. 38.

Lex Furia (testamentaria).

Vid. sup. p. 33 sq.

---

178) cf. sup. p. 19. 179) Heffter ad Gai. 4, 15 et observv. c. 3. Puchta, Curs. §. 154 ibid. Rudorff n. a. Keller, R. CP. §. 13. 180) Heffter, l. l. 181) Rudorff, l. l. (Macrob. Saturn. 1, 13). 182) Böcking, ad h. l. n. 8. Dernburg, hered. petitio p. 7 n. 14. 183) Huschke, krit. Jahrbb. 1837 p. 487; R. d. Nexum p. 145. Puchta, Curs. §. 162 b* (Rud.)

Lex Marcia.[184])

C. Marcii Rutili cons. 351 a. Chr.? [185])

Lex Marcia adversus foeneratores legis actionem puram id est non pro iudicato constituit, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum iis ageretur. Gai. 4, 23. — quadrupli. Cato de r. r. praefat.

Lex Valeria?[186])

Lege Valeria[187]) excepto iudicato et eo pro quo depensum est,[188]) ceteris omnibus, cum quibus per manus iniectionem agebatur, permissum est sibi manum depellere et pro se agere. Gai. 4, 25.

Lex Hostilia.[189])

Quum olim, quo tempore erant legis actiones, in usu fuisset, alterius nomine agere non licere nisi pro populo, pro libertate, pro tutela, praeterea lege Hostilia permissum erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicae causa abessent, quive in eorum cuius tutela essent. pr. Inst. de his per quos ag. poss. ibique Theophil. Gai. 4, 82.

Lex Calpurnia[190]) (de repetundis).

Lege Calpurnia aut lege Iunia sacramento agebatur de repetundis. Lex Servilia c. 8 l. 23 p. 40 ed. Klenze.

Lex Iunia (de repetundis).

Vid. leg. Servil. cit.

Lex Aebutia.[191])

Per legem Aebutiam et duas Iulias sublatae sunt legis actiones effectumque est, ut per concepta verba, id est per formulas litigaremus. Tantum ex duabus causis permissum est lege agere,

---

Keller §. 18. Bekker, process. Cons. p. 32. 184) Huschke, R. d. Nexum p. 126 sqq. 142. Puchta, Curs. §. 162. 261. Keller, R. CP. §. 19. 185) Liv. 7, 27. Huschke, p. 122. 186) Huschke, Nex. p. 141 sqq. Puchta, Curs. §. 162. Keller, R. CP. §. 19. 187) Böcking ad h. l. n. 4. 188) Vid. leg. Publil. sup. p. 37. 189) Puchta, Curs. p. 156. Keller, R. CP. §. 54. 190) Puchta, Keller l. l. Klenze, ad leg. Serviliam praef. p. 12. Schirmer, über die praetor. Iudicialstipulationen p. 96. 4. 191) Heffter, observ. ad Gai. c. 7. Zimmern, III §. 35. Puchta, §. 163.

damni infecti et si centumvirale iudicium fit. Gai. 4, 30. 31. Gell. 16, 10, 8.

Duae leges Iuliae.[192])

Gai. 4, 30. 31 cit. —

Legitima sunt iudicia, quae in urbe Roma vel intra primum urbis Romae miliarium inter omnes cives Romanos sub uno iudice accipiuntur; eaque e lege Iulia iudiciaria nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint exspirant: et hoc est quod vulgo, dicitur, e lege Iulia litem anno et sex mensibus mori. Gai. 4, 104.[193])

Augustus in legibus iudiciariis triduo servari ferias (Saturnalia) iussit. Macrob. Saturn. 1, 10.

Triginta amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accomodavit. — Ut solitae agi Novembri ac Decembri mense res omitterentur, constituit. Sueton. Octavian. 32.

De dierum diffissionibus comperendinationibusque lege Iulia cautum est. Gell. 14, 2, 1.

Si quis iudex sit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex est, inve se compromitti iubere prohibetur lege Iulia, et, si sententiam dixerit, non est danda poenae persecutio. Ulp. fr. 9 §. 2 de recept.

Ad tres iudicum decurias quartam addidit ex inferiore censu, quae ducenariorum vocaretur, iudicaretque de levioribus summis. Iudices a vicesimo aetatis anno allegit, id est quinquennio maturius, quam solebant. Ac plerisque iudicandi munus detrectantibus vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset. Suet. Octavian. 32. Call. fr. 41 de recept.[194])

Liberi bello amissi in iudicandi munere pro superstitibus habentur lege Iulia et publicorum capite vicesimo sexto; item privatorum vicesimo septimo de iudicando cavetur. — Lex quidem privatorum capite XXVII. solos natos appellat, lex vero publicorum capite XXVI. liberorum facit mentionem. Fragm. Vat. 197. 198.[195])

Keller, §. 23. Bekker, process. Consumption p. 33. Constat inter omnes, quid lex Aebutia, quid leges Iuliae et ad legis actiones tollendas et ad novam agendi per concepta verba formam introducendam adtribuerint, accurate non posse cognosci. 192) Heffter, c. 8. Zimmern l. l. 1 §. 36. Puchta, Keller l. l. Leges iudiciariae Augusti. 193) Keller, §. 45 1. §. 70. 194) Puchta, §. 154 y. 195) Quae legibus Iuliis iudiciorum privatorum


Lex Iulia[196]) (de cessione bonorum).

Lege Iulia beneficium cessionis bonorum introductum est. Gai. 3, 78. Diocl. et Maxim. c. 4 qui bon. ced. poss. rubr. C. Theodos. qui bonis ex lege Iulia cedere possunt.

---

constituta esse pro certo haberi potest, exhibuimus. De iis, quae ab Augusto de iudiciis privatis praeterea statuta esse verisimile videtur, vid. Heffter observ. ad Gai. p. 27 sqq. 196) Augusti vel Caesaris? Zimmern, I §. 36. III §. 78. Cf. Caes. b. c. 3, 1, 2. 3. Tacit. annal. 6, 16 Sueton. Caes. 42. Dio Cass. 58, 21, ex quibus locis Caesarem de aere alieno legem aliquam tulisse apparet.

Lex Iulia et Papia Poppaea.



Lex Iulia et Papia Poppaea.[1])

Duae leges, populisc. Augusti 3. p. Chr. et M. Papii Mutili et Q. Poppaei Secundi coss. 9. p. Chr.

De maritandis ordinibus.[2])

Lege Iulia ita cavetur: Qui senator est, quive filius, neposve ex filio, proneposve ex filio nato cuius eorum est, erit, ne quis eorum sponsam uxoremve sciens dolo malo habeto libertinam, aut eam, quae ipsa, cuiusve pater materve artem ludricam facit, fecerit; neve senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio nato, nata, libertino, eive, qui ipse cuiusve pater materve artem ludricam facit, fecerit, sponsa nuptave sciens dolo malo esto; neve quis eorum dolo malo sciens sponsam uxoremve eam habeto. Paul. libr. I ad leg. Iul. et Pap. fr. 44 pr. de rit. nupt. Ulp. 13, 1.[3]) 16, 2 fr. 42 §. 1 fr. 44 §. 1 sqq. fr. 46—51. 23[4]). 27. 32 de rit. nupt. fr. 5—7 de senator. c. 28 de nupt. Dio Cass. 54, 16; 56, 7. Zonar. 10 p. 536.

---

1) Heineccius, Comment. ad leg. Iul. et Papiam Poppaeam. 1726 sqq. Haubold, instit. liter. p. 318 sq. Bach, hist. iurispr. rom. III, 1, 7. 8. Gitzler, quaestion. de l. Iul. et Pap. Popp. 1835. van Hall, Commentat. de Heinecci meritis in restitutionem legis Iuliae Papiae Poppaeae et de novis Iuris fontibus, quibus doctrina de hac amplissima lege illustrari possit, in Annal. Acad. Lugd. Bat. 1828—1829 et ap. den Tex, fontes tres iuris rom. antiq. 1840 p. 31 sqq. Puchta, Curs. §. 107. 108 g. 288. 313. 319. 325 a. 326.

2) De primae sanctionis argumento tota prima pars legis 'de maritandis ordinibus' nominata est. 3) — item corpore quaestum facientem. — Sed vid. fr. 44 §. 1. 8 cit. fr. 49 eod. Ex Ulpiani fr. 43 eod. apparet, omnibus ingenuis, ne quae palam quaestum corpore faciat, ducerent, prohibitum fuisse. Itaque de senatoribus idem caveri non opus erat, et Ulp. 13, 1 minus accurate retulisse videtur. 4) Ex fr. 23 apparet, omnibus ingenuis praeter senatores

Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, et a lenone lenave manumissam, et in adulterio deprehensam, et iudicio publico damnatam, et quae artem ludricam fecerit.[5]) — Ulp. 13, 2. — et eam, quae palam quaestum corpore facit, fecerit.[6]) Ulp. lib. 1 ad leg. Iul. et Pap. fr. 43 pr. §. 1—5 de rit. nupt. Ulp. 16, 2. fr. cit. §§. sqq. fr. 44 §. 8 eod.[7])

Sui heredes sunt hi: primo loco filius filia in potestatem patris constituti; nec interest adoptivi sint, an naturales et secundum legem Iuliam Papiamve quaesiti, modo maneant in potestate. Paul. Mos. et Rom. leg. coll. 16, 3. 3.[8])

Aliquando nihil inter se capiunt (vir et uxor), id est si contra legem Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium, verbi gratia si famosam quis uxorem duxerit, aut libertinam senator. Ulp. 16, 2. Paul. lib. VI ad leg. Iul. et Pap. fr. 35 pr. de mort. causa donat.[9])

Dote propter illicitum matrimonium caduca facta etc. Pap. fr. 61 de rit. nupt.[10])[11])

De liberis in matrimonium collocandis et dotandis.

Capite trigesimo quinto legis Iuliae, qui liberos, quos habent in potestate, iniuria prohibuerint ducere uxores, vel nubere, vel

---

eorumque liberos libertinam uxorem ducere licuisse. 5) Adiicit Mauricianus et a senatu damnatam. Scripsit Mauricianus ad leg. Iul. et Pap. libros. Cfr. fr. 57 de legat. II fr. 23 de usu et usufr. ex libro II; fr. 15 de iure fisci ex libro III. De iis, quae a senatu damnatae sunt v. Dirksen, civil. Abhdlgg. I p. 153 sqq. 185—187. 6) Cf. not. 3. 7) Etiam lex Iulia de adulteriis eiusmodi personas uxores ducere vetuit. Ulp. fr. 29 §. 1 ad leg. Iul. de adult. Pap. fr. 11 §. 13 eod. Mac. fr. 24 pr. eod. Propert. 2, 6, 25 sqq. 8) Cf. Dioclet. et Maxim. c. 15 de nupt. 9) Cf. Ulp. lib. 2 fr. 130 de V. S. Marcell. lib. I ad leg. Iul. et Pap. fr. 38 de mort. causa donat. 10) Cf. Ulp. 14, 4. Paul. fr. 38 §. 1 de rit. nupt. 11) Fragmentorum, quae de poenis matrimonii contra legem contracti agunt, argumentum ita exhibetur apud den Tex, fontes tres p. 33 fr. 7: "Si qui scientes dolo malo adversus hanc legem coierint, liberi quaesiti iusti atque sui heredes non sunt: neque hereditatem, quae iis lege obvenerit, legatumve ipsi coniuges, neque inter se quidquam capere possunt: mortua muliere dos caduca est." — De concubinatu legem nostram sanctionem continuisse, quod post Heineccium omnes censent, ex fr. 1 de concub. Ulp. lib. II ad leg. Iul. et Pap. probari non potest. Nam ex numero libri, ex quo fragmentum sumtum est, certo concludere non possumus, non ad caput de divortio libertinae (cf. inf. p. 54) Ulpiani locum pertinere. Quod Marcianus dicit fr. 3 §. 1 de concub.: — nam quia concubinatus per leges nomen assumsit — ad illud caput et ad legem Iuliam de adulteriis, quae de

qui dotem dare non volunt, ex constitutione Divorum Severi et Antonini per proconsules praesidesque provinciarum coguntur in matrimonium collocare et dotare. Marcian. fr. 19 de rit. nupt.[12])

De tutore mulieri dotis causa dando.

Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur a praetore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam, promittendamve, si legitimum tutorem pupillum habeat. Ulp. 17, 20. Gai. 1, 178.[13])

De praemiis liberorum procreatorum.

Capite septimo legis Iuliae priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos, quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, praefertur; si vero ambo et mariti et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratus et, qui maior natu est, prior fasces sumit. Gell. 2, 15, 4. 5. 6. Fragm. Vat. 197: — lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis —.

Quod legibus cavetur, ut singuli anni per singulos liberos demittantur, ad honores pertinere Divus Severus ait. Ulp. lib. XIX ad leg. Iul. et Pap. fr. 2 de minor. Tacit. annal. 2, 51.[14])

Si quis tres liberos — iustos[15]) secundum has leges fragm. Vat. 168. — superstites Romae habeat, vel in Italia quatuor, vel in provinciis quinque, a tutela vel cura potest excusari exemplo ceterorum munerum. pr. Inst. de excus. tut. et curat. Ulp. fr. 1 §. 3 de vac. et excus. mun. Sev. et Antonin. c. 1 qui num. lib. se excus. fragm. Vat. 168. 191. 247.[16])

Qui libertinus duos pluresve a se genitos natasve in sua potestate habebit, praeter eum, qui artem lu-

---

concubinatu agebat fr. 1 §. 2 de concub., referri potest. 12) De dotandis liberis ipsam legem Iul. et Pap. Popp. cavisse, Severum et Antoninum nihil aliud constituisse, quam praetoris officium in provinciis ad proconsules et praesides pertinere, verisimile est. Zimmern, R. RG. §. 159 4. 13) Cf. Cels. fr. 60. Terent. Clem. lib. III ad leg. Iul. et Pap. fr. 61 de iur. dot. fr. 7 de tutor. et curator. dat. 14) Cf. Tacit. annal. 15, 19. 15) Vid. tamen fragm. Vat. 194. 16) Cf. Terent. Clem. lib. III ad leg. Iul. et Pap. fr. 147 de V. S.

dricam fecerit, quive operas suas, ut cum bestiis pugnaret, locaverit, ne quis eorum operas doni, muneris, aliudve quicquam libertatis causa patrono, patronae, liberisve eorum, de quibus iuraverit, vel promiserit, obligatusve erit, dare, facere, praestare debeto; et si non eodem tempore duo in potestate habuerit, vel unum quinquennem, liberabitur operarum obligatione. Paul. libr. II ad leg. Iul. et Pap. fr. 37 pr. de op. libert.[17]) Alexand. c. 6 §. 1 eod.

Tutela liberantur ingenuae trium[18]) liberorum iure. Gai. 1, 194. Dosith. de manumiss. 15. — Lex Papia Poppaea libertas quatuor liberorum iure tutela[19]) patronorum liberavit: et cum intulerit iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae superstitum virilis pars patrono debeatur. Ulp. 29, 3. Gai. 1, 145. 194; 3, 44. 47. Plutarch. Num. 10.[20])

De decimis.

Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt; quodsi ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiave post nominum[21]) diem amissus amissave unam decimam adiicit; duo autem post nominum diem amissi duas decimas adiiciunt. Praeter decimam etiam usumfructum tertiae partis bonorum coniuges capere possunt; et quandoque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem; hoc amplius mulier, praeter decimam, dotem capere potest legatam sibi. Ulp. 15.[22])

---

17) Paul. lib. II fr. 35 eod.: Liberta maior quinquaginta annis operas praestare patrono non cogitur. 18) Cf. Paul. lib. II ad leg. Iul. et Pap. fr. 137 d. V. S. 19) Legitima — Gai. 1, 194. 20) De iure trium vel quatuor liberorum lege nostra constituto vid. etiam Dio Cass. 55, 2; 56, 10 et inf. p. 53 sq. 21) Vid. Paul. Diac. v. Lustrici dies p. 120. Müll. 22) Cf. Terent. Clem. lib. IV ad leg. Iul. et Pap. fr. 67 ad leg. Falcid. fr. 62 de condit. fr. 53 de legat. II. Ulp. lib. VIII ad leg. Iul. et Pap. fr. 51 §. 1 eod. Scaevol. fr. 18 pr. de auro, argento fr. 48 de usur. fr. 78 §. 14 ad SC. Trebell. Iavol. fr. 10 de praescript. verb. Venulei. fr. 43 de usu et usufr. Iul. fr. 25 de condit. Constantin. c. un. de his qui se def. Sever. et Antonin. c. 4 quando dies legat. Dig. de dot. praeleg. Quinctil. inst. orat. 7, 5. Cod. de infirm. poen.

De solidi capacitate.[22*])

a) inter virum et uxorum.

Aliquando vir et uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis sint, a qua lex liberos exigit, id est si aut vir minor annorum XXV sit, aut uxor annorum XX minor. Ulp. 16, 1. Sozomen. hist. eccles. 1. 5. Tertull. apologet. 4. Cf. inf. p. 52. Item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est vir LX annos, uxor L. Ulp. cit. sq. Iustinian. c. 27 de nupt.[23]) Item si cognati inter se coierint usque ad sextum gradum; aut si vir absit et donec abest et intra annum postquam abesse desierit.[24]) Libera inter eos testamenti factio est, si ius liberorum a principe impetraverint[25]); aut si filium filiamve communem habeant, aut quatuordecim annorum filium vel filiam duodecim amiserint; vel si duos trimos, vel tres post nominum diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscunque aetatis impubes amissus solidi capiendi ius praestet;[26]) item si post mortem viri intra decem menses uxor ex eo peperit, solidum ex bonis eius capit. Ulp. 16, 1.[27])

b) feminarum ex aliorum testamentis.

Τῶν τε γυναικῶν τισι καὶ παρὰ τὸν οὐοκώνειον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμίᾳ αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν· καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις πάνθ', ὅσα πεδ[28]) αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρίσατο. Dio Cass. 56, 10; 55, 2.

De conditione vel iureiurando coelibatus vel viduitatis impositis.

Si quis coelibatus aut viduitatis conditionem heredi legatariove iniunxerit, heres legatariusve ea conditione liberi sunt, neque eo minus hereditatem legatumve consequuntur. Terent. Clem. lib. IV et V ad leg. Iul. et Pap. fr. 62 §. 2. fr. 64 de condi-

---

caelib. et orbit. et de 'decimariis' sublatis. 22*) Ad caput de solidi capacitate referenda sunt fr. 5 de vulg. et pupill. substit. Gai. lib. III; fr. 6 eod. Terent. Clem. lib. IV ad leg. Iul. et Pap.; fr. 72 de hered. instit. Terent. Clem. lib. IV eod. 23) Sed vid. Ulp. 16, 3 inf. p. 52. 24) Cf. Paul. lib. III, Ulp. lib. 6 ad leg. Iul. et Pap. fr. 35—38 ex quib. caus. maior. 25) Verba 'libera — impetraverint' non ad legem nostram referenda esse manifestum est. 26) Cf. Gai. lib. VIII. X ad leg. Iul. et Pap. fr. 148. 149 de V. S. 27) Terent.

tion. et demonstrat. Gai lib. III fr. 63 eod. Cfr. fr. 22. 72 §. 4. 5. fr. 74. 77 §. 2 fr. 79 §. 4. fr. 96 §. 1. fr. 100 eod.

Lege Iulia de maritandis ordinibus permittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne uxorem duxerit, libertae ne nuberet, si modo nuptias contrahere recte velint. Paul. fr. 6 §. 4 de iure patronat. Terent. Clem. lib. V fr. 31 qui et a quib. manum. lib. VIII. fr. 32 pr. eod.[29])

De caelibe et orbo.

Caelibes per legem Iuliam ex testamento hereditates legataque capere prohibentur. Gai. 2, 286; 3, 144. Constantin. c. 1 C. Theod. c. 1 C. Iust. de infirm. poen. caelib.[30]) — nisi intra dies centum legi paruerit. Ulp. 17, 1. — Qui intra sexagesimum vel quae intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit, ipsis legibus post hanc aetatem liberatus erat. Ulp. 16, 3. — Excipiuntur [31]) autem lege quidem Iulia cognatorum sex gradus et ex septimo sobrino sobrinave natus; sed et nata per interpretationem; item qui in horum potestate sunt, quaeve in matrimonio, vel ii, qui sunt cognatarum nostrarum hoc gradu uos contingentium mariti, vel eorum, qui sunt in potestate nostra, cognati, contingentes eos ea cognatione, quae septimum gradum non excedit. Nuptarum nobis cognati usque ad sextum gradum vel nostri cognati ab uxoribus nostris (capere possunt.) Lege autem Papia ii adfines excipiuntur, qui vir et uxor, et gener et nurus, et socer et socrus umquam fuerunt. Vitricus, noverca, privignus, privigna, vel ipsorum, vel eorum, qui in eorum potestate fuerunt. Fragm. Vat. 216—219 ed. Hänel. Cf. 214. 215. 158.

Orbi per legem Papiam ob id, quod liberos non habent, dimidias partes hereditatum legatorumque perdunt. Gai. 2, 286. 111. c. 1 de infirm. poen. caelib.[32]) — Lex liberos non exigit, si vir minor annorum XXV sit, aut uxor annorum XX minor. Ulp.

Clem. lib. XI ad les Iul. et Pap. fr. 153 de V. S. 28) *αἱ τρὶς τεκοῦσαι*? Cf. Sturz ad h. l. 29) Cf. sup. p. 27, quod de iureiurando, ne uxorem duceret, liberto imposito lex Aelia Sentia constituerat. 30) Cf. etiam Tacit. annal. 3, 25. Martial. 5, 75. Plin. paneggr. 26. Sozomen. hist. ecl. 1, 5. Tertull. de monogam. 16. Paul. fr. 11 de vulg. et pup. substit. 31) Quorum ex testamentis caelibes capere possunt. 32) Cf. loc. in not. 30 citt. Euseb. vita Constant. 4, 26. Ulp. lib. VIII ad leg. Iul. et Pap. fr. 141 de V. S. fr. 51 de legat. II fr. 61 de condition. et demonstrat. fr. 36 de mort. caus. donat.

16, 1[33]). — A quibusdam personis exceptis orbi ex testamento solidum capere poterant. Vid. fragm. Vat. cit.

De vacationibus.

Feminis lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem, a divortio sex mensum; lex autem Papia a morte viri biennii, a repudio anni et sex mensum. Ulp. 14.

Qui reipublicae causa absunt, donec absunt et intra annum, postquam abesse desierunt, vacationem legis habent.[34])

De iure patronatus.

Libertae, quae voluntate patroni iure nuptae sunt, non coguntur officium patronis suis praestare. Alex. c. 2 de obsq. patron. praest. Hermogen. fr. 48 de op. libert. Terent. Clem. lib. VIII ad leg. Iul. et Pap. fr. 14 eod.

Lege Papia aucta sunt iura patronorum quod ad locupletiores libertos pertinet. Cautum enim est ea lege, ut ex bonis eius, qui sestertiorum nummorum centum milium plurisve patrimonium reliquerit, et pauciores, quam tres liberos habebit, sive is testamento facto sive intestato mortuus erit, virilis[35]) pars patrono[36]) debeatur. Gai. 3, 42. §. 2 Inst. de succ. libert. Ulp. lib. X ad leg. Iul. et Pap. fr. 16 de iure patronat. fr. 1 §. 14 si cui plus quam per leg. Falcid.

Lex Papia Poppaea quum intulerit, iam posse libertas quatuor liberorum iure honoratas sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae superstitum[37]) virilis pars patrono patronive liberis masculis debeatur. Ulp. 29, 3. 4. Gai. 3, 44. 47.[38]) Vid. sup. p. 50.

Lex Papia duobus liberis honoratae ingenuae patronae, libertinae

---

33) Sozomen. 1, 5 annorum XXV aetatem false ad caelibes refert. 34) Eiusmodi vacationem lege datam esse, Heineccius tum ex eo, quod Paul. et Ulp. fr. 35—38 ex quib. caus. maior. de absentia tam accurate et copiose agunt, quum ex simili legis Iuliae de adulteriis sanctione (fr. 15 §. 1 ad legem Iuliae de adult.) coniecit. Comm. lib. II, c. 18, 1. 2. Illa vero fragmenta referri possunt ad solidi capacitatem inter virum et uxorem Ulp. 16, 1 — ita, ut ex sola legis de adulteriis similitudine Heineccii coniectura vix probari possit. 35) Cf. Ulp. lib. X ad legem Iul. et Pap. fr. 145 de V. S. 36) patronive liberis masculis — cf. Ulp. 29, 4. 37) Terent. Clem. lib. XI ad leg. Iul. et Pap. fr. 153 de V. S. 38) Cf. Ulp. lib. XI ad leg. Iul. et Pap. fr. 17 de iur. patronat. fr. 37 de bon. libert. fr. 36 de op.

tribus, eadem fere[39]) iura dedit, quae ex edicto praetoris patroni habent: trium vere liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eandem legem patrono data sunt; libertinae autem patronae non idem iuris praestitit. Gai. 3, 50. 52. Ulp. 29, 6. 7.

Liberi quoque ingenuae patronae trium liberorum iure honoratae idem ius habent, quod ipsa patrona habet. Gai. Ulp. l. cit. Gai. 3, 53: Eadem lex patronae filiae liberis honoratae patroni iura dedit; sed in huius persona etiam unius filii filiaeve ius sufficit.[40])

De divortio.

Ait lex: Divortii faciendi potestas libertae, quae nupta est patrono, ne esto, quamdiu patronus eam uxorem esse volet. Ulp. lib. III ad leg. Iul. et Pap. fr. 11 de divort. Dicit (lex): Invito patrono libertam, quae ei nupta est, alii nubere non posse. Ulp. lib. III fr. 45 de rit. nupt.[41])

Morum nomine, graviorum quidem sexta retinetur; leviorum autem octava. Graviores mores sunt adulteria tantum; leviores omnes reliqui. Mariti mores puniuntur in ea quidem dote, quae ad diem reddi debet, ita ut propter maiores mores praesentem dotem reddat, propter minores senum mensum die. In ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, quae in triennio redditur[42]), repensatio facit. Ulp. 6, 12. 13. Sueton. Octav. 34. Paul. lib. III ad leg. Iul. et Pap. fr. 8 de captiv.[43]) — Dabit (maritus), ut ait lex, quod ad eum pervenit —. Adiicitur in lege, ut et si dolo malo aliquid factum sit, quominus ad eum perveniat, teneatur. — Ait lex: quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato —. Ulp. lib. VII ad leg. Iul. et Pap. fr. 46 §. 6. 7. 9. 10.[44])

---

op. libert. 39) — id iuris dedit. — Ulp. 29, 3. 40) Cf. Ulp. fr. 17. Paul. fr. 18. Papin. fr. 42 pr. de bon. libert. 41) Cf. Ulp. lib. III fr. 27. 29 de rit. nupt. Terent. Clem. lib. VIII ad leg. Iul. et Pap. fr. 48 eod. Marcell. lib. III fr. 50 eod. Paul. lib. XII fr. 2 de concub. 42) Cf. §. 8. 43) Cf. Scaevol. fr. 47 solut. matrim. Paul. ap. Boeth. lib. V in Cic. top. 4, 18. Auson. epigr. 88. 44) Cf. rell. eiusdem legis. Ex locis laudatis hoc legis caput ita restituendum videtur (den Tex p. 37 fragm. XXII): Soluto citra culpam uxoris matrimonio si mulier ob mores viri divortit, vir eam dotem, quae annua, bima, trima die reddi debet, ob maiores mores praesentem, propter minores senum mensium die reddere debet. Quod ad eam dotem, quae praesens reddi

De caducis.[45])

Quum igitur materiam et exordium caducorum lex Papia ab aditionibus, quae circa defunctorum hereditates procedebant, sumsit, et ideo non a morte testatoris, sed ab apertura tabularum dies cedere legatorum, senatus consulta, quae circa legem Papiam introducta sunt, concesserunt, ut, quod in medio deficiat, hoc caducum fiat, primum hoc corrigentes et antiquum statum renovantes sancimus, omnes habere licentiam a morte testatoris adire hereditatem, similique modo legatorum vel fideicommissorum pure vel in diem certam relictorum diem a morte testatoris cedere. Iustinian. c. 1 §. 1 de cad. toll. §. 5 ibid. Ulp. 24, 31.[46])

Liberis[47]) et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte prout pertinere possit. Ulp. 18. Iustinian. c. un. pr. de caduc. toll.[48]) Idem ius aliis heredibus institutis, qui liberos[49]) habebant, lex Papia dedit. Ulp. 25, 17. Gai. 2, 206. Iuvenal. sat. 6, 87.

Quae ab initio deficient, vel in quibus testator postea mutaverit voluntatem, ea pro non scriptis habentur, eaque ii a quibus relicta sunt, iure antiquo capiunt.[50])

---

solet, et dotale praedium Italicum (cf. Ulp. lib. VII fr. 139 de V. S. Gai. lib. VI ad leg Iul. et Pap. fr. 7 de censib.) et quidquid e bonis uxoris vel libertorum eius ad eum pervenit, ut et, si dolo malo factum erit, quominus perveniret, quanta pecunia erit, tantam ipse eiusve heredes pecuniam dato, et vir simul fructus quadriennii praestare debet. Sin mulieris culpa discidium factum, morum quidem nomine maritus graviorum quidem sextam, leviorum octavam dotis partem retinet. 45) Posterior pars legis Iuliae et Papiae Poppaeae, quia de bonis caducis egit, lex Iulia caducaria appellabatur. Ulp. 28, 7. 46) Hanc legis sanctionem locum sibi vindicare tantum potuisse, si plures coheredes extranei instituti erant, apparet. Nam sui heredes sine aditione hereditatem acquirunt, et si quis ex asse heres scriptus erat, de iure accrescendi omnino non agebatur, itaque nec de caduco. Cf. Paul. lib. V ad leg. Iul. et Pap. fr. 80 de acquir. vel amitt. hered. fr. 20 de iure codicill. Ulp. lib. XIII fr. 10. 12 testam. quemadm. aper. Gai. lib. XI fr. 11 eod. Heineccius ita hoc caput restituit: Hereditatem, si plures sint coheredes extranei, tabulis testamenti apertis demum adire liceto, neque ante dies legatorum pure vel in diem certum relictorum cedito. 47) Suis cf. Gai. lib. X ad leg. Iul. et Pap. fr. 13 de suis et leg. 48) Cf. Cels. l. 29 §. 2 de leg. II. 49) Cf. Gai. lib. X ad leg. Iul. et Pap. fr. 149 de V. S. 50) Hanc legis Iuliae et Papiae de his, quae pro non scriptis habentur, sententiam fuisse, recte colligitur ab Heineccio ex Iustiniani c. un. §. 2. 3 de caduc. toll. coll. Ulp.

Si is,[51]) cui aliquid ex testamento relictum est, vivo testatore decedit, vel conditio deficit, relictum in causa caduci est Iustinian c. un. §. 2. 4. 7. de caduc. Maurician. fr. 57 de leg. II fr. 23 de usufr. leg. Ulp. lib. XIII fr. 59 de condit. et demonstr. — et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent. Et quamvis prima causa sit in caducis vindicandis heredum liberos habentium, deinde si heredes liberos non habeant, legatariorum liberos habentium, tamen ipsa lege Papia significatur, ut collegatarius coniunctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiam si liberos habebunt. Gai. 2, 206. 207[52]) — aut si nullus liberos habet, quasi caducum ad populum defertur. Gai. 2, 150. 286[a]. Tacit. annal. 3, 25. Plin. ep. 2, 16; 4, 12. Maurician. lib. III ad leg. Iul. et Pap. fr. 15 §. 3 de iure fisci. Paul. libro VII fr. 13 pr. eod.[53])

Si ex parte heres[54]) scriptus vel legatarius, quibus pure vel in certum diem hereditas, legatumve relictum est,[55]) post mortem testatoris ante apertas tabulas[56]) decesserit vel pereger factus sit, caducum appellatur[57]) et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent, aut si nullus liberos habet ad populum defertur. Ulp. 17, 1. Iustin. c. un. §. 2 de caduc. tollend.[58]) V. fragm. sup.

Quod caelibi vel alteri cuivis plus quam[59]) licebit, relictum est, id caducum est et ad eos, qui in eo testamento liberos habent, aut si nullus liberos habet, ad populum defertur. Ulp. 17, 1. Gai. 2, 206. 207. 286[a]). Cf. fragm. supp.[60])

---

lib. XIII ad leg. Iul et Pap. fr. 4 de his quae pro non script. Paul. lib. V fr. 71 de hered. instit. fr. 88 de leg. III fr. 6 de adimend. leg. Terent. Clem. lib. XII fr. 21 de liberat. leg. 51) Homo Gai. lib. X fr. ad leg. Iul. et Pap. fr. 152 d. V. S. 17. Ulp. lib. XIII fr. 31 de legib. Maurician. lib. II fr. 57 de leg. II. 52) Cf. Gai. 2, 286. Ulp. 25, 17. fragm. de iure fisci 3. V. annot. Böcking. ad Gai. cit. 53) Ulp. 17, 2: Hodie ex constitutione imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur. — Cf. Böcking. ad h. l.
54) Cf. Paul. lib. V ad leg. Iul. et Pap. fr. 68 de acquit. vel omitt. hered.
55) V. sup. exordium legis caducariae. 56) Ulp. lib. XIII fr. 10. 12 testam. quemadm. aper. fr. 81 de acq. vel omitt. hered. Gai. lib. XI fr. 11 eod.
57) 'Aperta voce' c. un. §. 2 in fin. 58) Cf. Paul. lib. V fr. 49 de leg. II. Gai. lib. XI fr. 14 de iur. fisci. 59) 'ex hac lege' Heinecc. Sed v. Ulp. 17, 1: — verbi gratia caelibi vel Latino Iuniano legatum fuerit (Ulp. 22, 3). Cf. Ulp. lib. V fr. 28 de legib. 60) Cf. Terent. Clem. lib. XIII fr. 54 de leg. II Ulp. lib. XIII fr. 64 ad leg. Falcid. Gai. lib. XII fr. 55 de leg. II fr.

Quod sub conditione relictum est, si post mortem testatoris ante conditionis eventum heres legatariusve decedit, caducum fit et ad eos, qui in eo testamento liberos habent, aut si nullus liberos habet, ad populum defertur. Iustinian. c. un. §. 7 de caduc. tollend. Gai. 2, 206. V. fragm. supp.[61])

Quae hereditas quodve legatum tanquam indigno erepta ereptumve est, illa illudve iis, qui in testamento liberos habent, aut si nullus liberos habet, ad populum defertur. Iustin. c. un. §. 12 de caduc. Coll. Ulp. 19, 17. Vid. frag. supp.[62])

De bonis vacantibus.

Si ante aditam hereditatem agnitumve legatum heres legatariusve decedat, sive heres legatariusve ius suum ommittat repudietve, hereditas legatumve iis, qui testamento liberos habent, et his deficientibus populo deferuntur. c. un. §. 5 de caduc. toll. Ulp. 28, 7. Gai. ll. ll. fragm. de iure fisci l.[63])

De iure accrescendi.

Ante apertas tabulas aditamque hereditatem inter coniunctos heredes legatariosve ius accrescendi in iis, quae caduca vel in causa caduci sunt, excepto usufructu legato, non esto.[64])

De praemiis delatorum.

Inditi custodes et lege Papia Poppaea praemiis inducti, ut, si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium popu-

---

18 de manumiss. Paul. lib. V fr. 4 pro hered. fr. 29 de reb. auctor. iud. possid. 61) Cf. Gai. lib. XIII fr. 69 de condit. et demonstr. et fr. 31 de statulib. fr. 73 de hered. inst. 62) Cf. Ulp. lib. XIV fr. 9 de his quae ut indign. aufer. Bona erepticia non semper ad fiscum pervenisse, apparet ex c. un. §. 12 cit.: sive in nostrum fiscum, sive in alias personas perveniant. Cf. fr. 5 §. 2 fr. 9 de his quae ut indign. Iustinian. c. 25 de legat. Legem Iuliam et Papiam ipsam eiusmodi exceptionem statuisse ex Ulp. 19, 17 concludi non potest. 63) Cf. Gai. lib. XIII fr. 14 de suis et legit. hered. Ter. Clem. lib. XV fr. 16 de opt. leg. fr. 59 de leg. II. 64) Cf. Ulp. 24, 13. Iulian. fr. 26 §. 1 de condit. et demonstr. Ter. Clem. lib. XVII fr. 17 de opt. leg. Gai. lib. XIV fr. 58 de leg. II, fr. 53 § 1 de acquir. vel omitt. hered. Paul. lib VI fr. 89 de leg. III fr. 142 de V. S. Ulp. fr. 1 § 3 sqq. de

lus vacantia teneret. Tacit. annal. 3, 28. Sueton. Ner. 10. Iunius Maurician. lib. II ad leg. Iul. et Pap. fr. 15 de iure fisci.[65])

---

usufr. accresc. fr. 10 eod. Papin. fr. 11 eod. fr. 33 § 1 de usufr. 65) Marcian. lib. sing. de delatoribus fr. 18 de iure fisci. Gothofredus, quem sequitur Heinneccius, ita hoc legis caput restituit: 'Si quis incapaci relictum ad aerarium detulerit, et convicerit, praemii nomine . . . . . partem bonorum consequitur.' De partis quantitate v. Heinnecc. ad leg. nostram III, 14 p. 446.

Index.

L. W. L. J.
10/26/05

